PANCRATII IVSTI NIANI PATRITII VE

NETI SENATORII ÆQVE- STRISQVE ORDINIS ET COMITIS PALATI- NI PANDECTA.

PANCRATII IVSTINIANI PAtritii Veneti Senatorii æqueſtriſq; ordinis & comitis Palatini pandecta.

TAntum eſt philoſophiæ loci, quantū mihi ſupereſt reip.nō gubernãdæ temporis. Nam oblectatiōem animi quæro, requiemq; curaꝝ. At quidem nemo philoſophiæ ſtudiū uituperãre debet: quod ſpectet, & ualeat ad bene:beateq; uiuendū. Sapiētiam.n. qui expetunt:philoſophi noiãtur nec quicq̃ aliud eſt philoſophia: ſi interpretari uelis:q̃ ſtudium ſapientiæ. Quæ eſt (ut a ueteribus doctoribus diffinitum eſt)reꝝ diuinaꝝ & hũmanaꝝ,cauſarūmq;, quibus hæ res continentur, ſcientia: quã adhuc mortalis nemo(ut ita dicã) eſt conſecutus. Cuius propriū eſt deum diligere, nil ex timeſcere:oĩa humana deſpicere,nihil: quod hoĩ accidere poſſit, intolerãdum putare. Nos aūt ea philoſophia ocioſi plus utimur. Quæ peperit dicendi copiam,& in qua dicunt̃ ea,quæ haud multū diſcrepãt ab opinione populari. Nã qui itaſe gerūt,& ita uiuunt,ut eoꝝ ꝓbet̃ fides: integritas:& æquitas: maxima ſunt laude digni. Itaq; nos ſane ea:quæ ſunt in uſu,uitaq; cōmuni: agere debemus.mihi.n.perſpicere uideor ita nos eſſe natos,ut aſſequamur,quantū hoïes ꝑ oſſunt. Maximis igitur in malis hoꝝ temporum:tm̃ boni aſſecuti uidemur: ut ea lřis mandaremus:quæ ſatis erūt cognitione digniſſima.

Perſpicuū c i

PErſpicuũ eſt mũdum habuiſſe prin
cipium,qm̃ deus quidem oĩum reꝝ
eſt principium.Nulla.n.natura,quæ
nõ eſt:quod deus eſt:niſi ab illo con
ditore eſſe non põt.Nã ex principio
oriuntur oĩa: qđ nulla ex re alia na
ſci põt.qa principio nulla eſt origo:
unde Ioãnes apoſtolus inquit.In principio erat uerbũ:
& oĩa per ipſum facta ſunt.Sacer admonet pſalmus.Sci
tote qm̃ dñs ipſe eſt deus:qui fecit cœlũ & terrã,& ipſe
fecit nos:& non ipſi nos.Nimis equidem ueritati cõtra/
dicunt,qui quippe opinantur: mundum fuiſſe æternũ.
Qui ſine ſuo creatore nec moueretur,nec regeret̃,cũctis
enim,quæ mouentur:ille fons eſt. eſt enim principium
mouendi.Itaq; mundus pulſu agitatur externo. Qua/
re non eſt æternus.Nam æternum id eſt,quod a ſe mo/
uetur:motus eſt.n.principiũ ex eo,quod ipſum a ſe mo
uetur. Quãobrem necme ſolũ ratio impulit,ut ita cre/
derem:ſed nobilitas,atq; ſumma authoritas ſacraꝝ lite/
rarum. Quæ aiunt.In principio fecit deus cœlũ & ter
ram.Si aũt queratur de tempore:quo factus eſt mũdus.
Rñdet ſapiens. Cum tempore fabricatum eſſe mundũ:
anteq̃ nullum poteſt eſſe præteritũ:quia nulla erat crea/
tura:cuius mutabilibus motibus tempora peragantur.
Tempus eſt.n.menſura motus primi mobilis. Nam di/
menſiones horaꝝ dierum menſium: atq; annoꝝ a moti/
bus ſyderum cœperunt. Nam cum deus ea inſtitueret:

Dixit:& ſint inſigna & tpa & in dies:& annos. Deus igitur hunc condidit mundum. In mentem mihi uenit: inſipientem dicere: quid placuit æterno deo facere cœlum & terrá, quæ antea non feciſſet profecto a mundi conſtitutione ſunt anni quinq; milia centum nonagintaocto uſq; ad Chriſtũ cõmuni opinione, ſapiens hoc tenere debet: ſi mundus cũ tpe eſt fabricatus, nihilominus Deũ in eo creando, æternum conſiliũ, uoluntatéq; non mutaſſe quia in æterna ſapientia ſunt oĩa atq; nulla eſt mutatio. Quã ob cauſam deus ſua bonitate, & ſapientia creat noua ſine aliqua uoluntatis nouitate, proculdubio igitur deus non eſt mutabilis: quia deus eſt ueritas: quod idem ſẽp eſt. In Ioáne euangeliſta dicit Ieſus. Ego ſum uia, & ueritas, & uita. Deus eſt.n. uerax homo aũt mẽdax.

c ii

Animaduerti hoĩem minime peccare, ſi deum diligeret. Quid eſt.n. peccare: niſi deficere a deo? Quod eſt non diligere Deum, qui eſt ſummũ bonũ. Nemo.n. bonus eſt: niſi ſolus deus. Vnde Ioánes ait. Et ſine ipſo factum eſt nihil: prauitates quidẽ animi recte uicia dicunt̃: ex quibus peccata manant. Quáobrem rõnem perturbat, qui peccat. Itaq; ſciens nõ dicitur, qui ſcientiã habet: ſed qui exercet eam in bonis. Virtutis.n. laus omnis in actione conſiſtit, ſed nec eſt ulla res, quæ plus apud hoĩem polleat, q̃ ipſa uoluntas: quæ eſt principium uirtutis, & uitii. Deus autẽ naturaꝝ auctor & non ſane uitioꝝ creauit hoĩem rectum cum uoluntate libera, qua peccatum cõmitti poteſt. Quáobrem ingratã uideri non decet hu

manam

manam naturum, ut non diligat deum. Quem amari iuſtitia eſt & tāto magis: quia ꝑpter noſtrā ſalutem uerbum caro factū eſt. Itaq; ſi hō dilectiōe diuina nō eſſet orbatus, non ſperneret incōmutabile bonum. Cuius dilectione uacare nefas eſt, nec expedit. Nulla autem quidem uis profecto eſt, quæ magis arceat hoīes ab improbitate animi: q̄ ſi ſenſerint, beatum eſſe hoīem, qui audit & cuſtodit uerbum dei, ex quo uirtutes oēs oriunť. ſolē enim e mundo tollere uidentur: qui dilectionem Dei e uita tollūt. Qua nihil melius, nihilq; utilius habemus, & iucundius, & præſtantius. nihil eſt enim tam naturæ aptum, tamq; conueniens ad fœlicitatem, animiq; tranquillitatem, q̄ charitas, ſine qua beatitudo eſſe nullo pacto poteſt. Nam ad dei dilectionem natura propenſi ſumus, quia intelligimus à natura gigni ſenſum diligēdi. Quapropter quiſquis non diligit: Inſanit. Quoniam non amat ſuum creatorē, qui oīa præſtare hoībus pōt.

Princeps philoſophoꝝ Plato ait. Sūmum bonum eſſe in contemplatione reꝝ diuinaꝝ. Itaq; uerſare in cognitione ueritatis maxima eſt animi oblectatio. Nā ſapientia ingentem animi trāquillitatem parit. Quæ quippe eſt intellectus & ſcientia eaꝝ reꝝ, quæ ſummis afficiunť honoribus, ſapientem quidem nō ſolum ea ſcire: quæ ex principiis cognoſcuntur: ſed etiam circa principia dicere uera, oportet: ut inquit Ariſtoteles. Quod non eſt literaꝝ ſtudioſo obſcurum. Enim uero ſcientia aſtronomiæ nobiliſſima eſt, perutile. n. eſt cognoſcere cæleſtes in

fluxus nec inutile ſcire uirtutes cœlorũ,eorumq; motus agnoſcere.Si autem omnium connexionẽ:ſeriemq; cau/ ſarum ſapiẽs fatum appellet:& attribuat ſummi Dei vo luntati,& poteſtati nõ eſt veritati contrariũ:quia Deus omnium eſt creator,& temporum ordinator:& cuncta ſcit:anteq̃ fiant:a quo ſunt oẽs poteſtates,& imperia.

Per pulchrum eſt non ignorare finem boni eſſe ſecundũ virtutem viuere.Quod ei ſoli euenire poteſt:qui noti/ tiam Dei habet,ac ei paret,nec eſt aliam ob cauſam ali/ quis Beatus.Non autem hoc docet philoſophia natu/ ralis.In qua de inquiſitione nature tractatur,nec ratio/ nalis : inqua queritur : quonam modo veritas percipi poteſt. Nec moralis : in qua de moribus agitur. Sed Deus nos docet:qui ſe humanæ naturæ manifeſtauit, eſt enim lux vera:quæ illuminat omnem hominem ve/ nientem in hunc mundum;Intellectus enim humanus eſt lux a Deo nobis tradita.In primis igit̃ hominis eſt propria veri ĩquiſitio:atq; inueſtigatio.Quæ cognitio ad bene:beateq; viuendum eſt neceſſaria.Quamobrem maxima eſt Ignorãtia non curare de ſua ſalute:nec con ſiderare:quo ire cogatur homo:moriendo : qui omnia bona ſua:& mala ſecum portat.Itaq; mala mors putan/ da non eſt : quam bona vita præceſſerit.Non enim fa/ cit malam mortem:niſi quod ſequitur mortem, poteſt enim quicq̃ eſſe abſurdius,q̃ hoc non ſcire?Quid eſt optabilius ſcientia ? quid præſtantius?Quid homine melius ? quid homine dignius?Nihil enim locus præ/

termiſſus

termiſſus eſt ab ea. Qui ad Dei cognitionem. Qui ad leges. Qui ad mores. Qui ad diſciplinam rei pu. pertinet. Itaq; artes: & doctrina: atq; exercitationes virtutũ in omni ætate cultæ mirificos afferunt fructus.

c 5

Philoſophi nequeunt intelligere: & cogitatione comprehendere. Qualis ſit animus in corpore: aut vacans corpore: & tamen formam aliquam: & figuram eius quærebant: & locum in corpore. Non nulli quidem dixerunt in corde eſſe animi ſedẽ: alii in cerebro. Ariſtoteles ut ait cicero cum quatuor nota illa genera principiorũ eſſet complexus: e quibus omnia oriuntur. Quintam quandam naturã cenſet eſſe: e qua ſit mens. Viri doctiſſimi inquiunt: Animam eſſe ſubſtantiam ſpiritualem, & rationalem ad viuificãdum corpus humanum de nihilo creata: anim⁹ ergo non eſt: quem forma iſta declarat: neq; ea figura: quæ digito moſtrari põt. Cum enim noſſe te dicitur, hoc dicitur: noſſe animum tuum: ab animo quicquid agitur: id agitur ab homine. Corpus quidem quaſi vas eſt animi aut aliquod receptaculum, neq; eſt enim vllus ſenſus in corpore. Viæ enim quædam ſunt ad oculos: ad naris: ad auris a ſede animi perforate: Ineſt quippe animo quædam ꝓpria natura: atq; vis cogitare: & prouidere: & diſcernere, & docere: & inuenire aliquid: & tam multa alia meminiſſe: atq; videre: & audire, vt facile intelligi poſſit non eas corporis partes videre, & audire. Quæ quaſi ſunt feneſtræ animi. Quibus tamen ſentiri nihil queat: niſi mens id agat, &

adſit. Hæc igitur animi natura exercenda eſt í optimis rebus, & non in corporis voluptatibus. Quia anima eſt immortalis. Corpus autem mortale.

c. 6.

Opere prætium eſt vincere perturbatiões: quæ ſunt animi motus rationi nõ ob temperantes. Qua victoria Parta, tranquillitas animi fruitur deo. Qui per ſe ſemper eſt, quo maius cogitari non poteſt: nec melius, omnes enim eſſe vim, & naturam diuinam arbitrantur. Plato & ingenio, & diligentia præſtans ſentit Deũ eſſe omnium effectorem. Ariſtoteli placuit eum eſſe moderatorem, ac gubernatorem. Sed cicero litterarum lumẽ latinarum ſummopere Platonem laudat. Qui ſocratis diſcipulus in ægipto didicit: & in italia: vbi pithagorica philoſophia florebat, Deus certe eſt igit̃, ſi vniuerſi cæli complexum cõſideremus. Eius autem infinitam altitudinem intelligere humano animo nõ poſſumus: quando ipſe animus hominis quid ipſe ſit: non cognoſcamus, multa enim e' corpore exiſtũt: quæ acuant mentem multa: quæ obtundãt. Viuendum tamẽ eſt ſecũdũ animi partẽ, quæ rõ dr̃. Quæ contra fluctus: ꝓcellaſq; fortunæ obnitit̃ remis virtutũ: quæ nos in cælũ ducũt.

. 7.

Sæpe & multum hoc mecum cogitaui: boni ne: an mali plus atulerit hominibus copia dicẽdi: ac ſummum eloquentiæ ſtudium. Nam cum & humanæ naturæ detrimenta conſidero, & maximarum ciuitatum veteres animo calamitates colligo: non minimam video per diſertiſſimos

tiſſimos homines inuectam eſſe partem incommodo/rum. Nam fuit quodam tempore vnum labiū:vna lin/gua,propter quam,& doloſam & iniquam diuiſe ſunt gentes:in ſermoniſq; varietatem,ac linguarum diuerſitatem diſperſæ per terrarū orbem:ſicut deo placuit: qui hoc,modis ocultis nobis in comprehenſibilibus:fecit, merito enī malus punitur affectus condendæ vrbis Babylonis etiam: cui non ſuccedit effectus. Quaobrem eloquentia ſine ſapientia nimium obeſt plerumq;,pro/deſt nunq̄ propterea orator diffinitur vir bonus dicendi peritus. Ait paulus apoſtolus,ſiquis putat ſe religioſum eſſe:non refrenans linguam ſuam,ſed ſeducens cor ſuum,huius vana eſt religio. Pſalmus inquit. Domine libera animam meam a labiis iniquis: & a lingua doloſa. Et enim id:quod ſcimus: loquimur ex ipſa ſcientia: quam memoria tenemus,formata quippe cogitatio ab ea re:quam ſcimus, lingua exprimitur. Itaq; qui ratio/nis, & offitii conſumit omnem operam in exercitatio/ne dicēdi:inutilis ſibi pernitioſuſq; alitur. Beatus Iacobus apoſtolus dicit. Sit omnis homo velox ad audiendum,tardus autem ad loquendum & tardus ad irā. Et enim elocutio turpis: & mala vagatur in foro acuens in multos dentes:& aliorum famam depeculans:alioꝝ caput oppugnans,rem pu. interdum funditus labefa/ctans. Nam ſanguinolēta palma. Crudeliſſimaq; victoria potiti ſunt homines diſertiſſimi:prauum ingenium habentes & oſtentationem. Nam Tiberius grachus a/fricani ex filia nepos principium fuit belli ciuilis Ro/

me,eloquentiæ gratia.Itaq; elocutio impia,& iniuſta,ſi cut leo miſſus : aut aliqua teterrima belua ſoluta e' ca/ tenis : ita volitat in cuiuſq; fortunas.Cum autem res a noſtra memoria propter vetuſtatem remotas ex littera/ rum monumentis repetere inſtituo multas vrbes con/ ſtitutas plurima bella reſtincta : firmiſſimas ſocietates ſanctiſſimas amicicias intelligo,tum animi ratione tum etiam facilius eloquentia comparatas eſſe,ac me quidē diu cogitantem ratio ipſa in hanc potiſſimu3 ſententiā ducit,vt exiſtimē ſapientiam ſine eloquētia parum pro/ deſſe.Nam mihi quidem videtur non tacita,neq; inops dicendi ſapiētia pficere potuiſſe,vt homines ad diuinū cultum verum conuerteret,vt veritatis fidem colerent, & iuſtitiam retinere diſcerent,atq; Deo parere ſua volū tate mortales cōſueſcerent.Itaq; qui adepti ſunt ſapien/ tiam omnium rerum moderatricē, laus,honor,digni/ tas confluit.Nam mihi quidem videntur homines:cu3 multis rebus ſuperiores ſint creaturis elementatis hac re maxime Beſtiis præſtare intellectu,& quod eloqui poſ ſunt.Quid enim eloquentia laudabilius,preſtabilius: vel admiratione audientium:uel ſpe indigentium : vel eorum:qui defenſi ſunt:gratia linguæ enim virtute to/ tus terrarum orbis ad diuinam fidem venit:atq; veritas omnium rerum principium benedicitur,laudaturq;,& enim homo rationis particeps:per quam cauſas rerum videt,earumq; progreſſus,facile totius vitæ curſum vi/ det,adeamq; degendam præparat res neceſſarias,eadēq; natura vi rationis hominem conciliat homini,& ad ora

tionis

tionis & ad vitæ ſocietatem. Nam hinc plurima cõmo/
da veniunt ad humanam naturã. Quare meo quidem
animo ſtudendum eſt eloquentiæ, & ſi ea quidem & pri
uatim & publice peruerſe abutuntur mortales, nihilo/
minus eo quidem vehementius danda eſt opera eloquẽ
tiæ, ne mali, magno cum detrimento bonorum & cõmu
ni omnium pernicie plurimum poſſint cenſent igitur
viri eruditiſſimi ſapientiam ſine eloquentia parum pro
deſſe: eloquentiam vero ſine ſapientia nimium obeſſe
plerumq;, prodeſſe nunq̃, De autem Dei locutione in
ſexto libro ciuitatis Dei hoc ſcriptum eſt. Dei quippe
ſublimior ante ſuum factum locutio, ipſius ſui facti eſt
in cõmutabilis ratio, quæ non habet ſonũ ſtrepentem:
atq; tranſeuntem: ſed vim ſempiterne manentem, &
temporaliter operantem. Aut enim veritas in comme/
tabilis per ſeipſam ineffabiliter loquitur, rationalis cru/
turæ mentibus, aut per mutabilem creaturam loqui/
tur, ſiue ſpiritualibus imaginibus noſtro ſpiritui, ſiue
corporalibus vocibus corporis ſenſui, in ſecundo au/
tem libro magiſtri ſententiarum narratur Angelos in/
corporeos eſſe: nec corpora habere ſibi vnita. Aſſu/
munt autem aliquando corpora: Deo præparante ad
impletionem miniſteri ſibi a Deo iniuncti eadẽq; poſt
expletionẽ deponunt. In quibus corporibus: apparue
runt hominibus: atq; locuti ſunt. Ait aũt Auguſtinus
in vndecimo libro ciuitatis Dei Angeli quippe ſancti
nõ per uerba ſonantia Deum diſcũt: ſed per ipſam præ
ſentiã ĩmutabilis veritatis: hoc eſt verbũ eius vnigenitũ.

Etſi infra lunam nihil ſit:niſi mortale: & caducũ præter animos:munere Dei hominũ generi datos:tamen homines hac lege ſunt generati: vt colerent: & tuerentur huncmundũ a Deo cõditũ iſta uero:quæ dicitur uita: Alterius vitæ Dux eſt piis preclaris.Immo hii viuunt qui e corporum vinculis tanq̃ è carcere euolauere in cælũ.Nam certus eſt in illud optimis viris diffinitus locus:vbi beati euo ſempiterno fruãtur.Duo ſunt enim in patria ideſt perfecta Dei cognitio & fruitio atq; optima animi tranquillitas:ac mentis pax caritaſq; paulus apoſtolus ad corinthios inquit videmus enim nũc per ſpeculum in enigmate:Tunc aũt facie ad faciem.Nunc cognoſco ex parte: tunc cognoſcã:ſicut cognitus ſum piis tamen oĩbus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis:nec in iuſſu eius:a quo ille nobis datus eſt:ex hominum vita migrandũ eſt:ne munus humanũ aſſignatum a Deo defugiſſe videamur.Quo circa in ſanctis: canoniciſq; libris nuſq̃ nobis diuinitus præceptum:per miſſumue reperiri poteſt:ut ipſius adipiſcende immortalitatis gratia:uel vllius carendi:cauendiq; mali cauſa: nobismet ipſis necem in feramus,ſed lex diuina mãdat: imperatq;:nõ occides,Nam Deus regnũ mortale:& caducum piis,& impiis tribuit:ſicut ei placet:cui nihil iniuſte placet.Itaq; Deus Romanis vitam non daturus æternã:qui verã religionis ſeruitutem,quã latriã græci vocant:ei ſoli vero Deo non exhibebãt.Iccirco gloriã illis humanã excellentiſſimi imperii. Quam exoptabant:

bant:conceſſit : vt redderetur iuſtitia : eorũ virtutibus: quibus ad eã ingentem gloriam peruenire nitebantur, per quoſdam enim paucos:qui ꝓ ſuo modo boni erãt: magna per totũ terrarũ orbem adminiſtrabãtur. Deinceps illucere viſus eſt cõſtantini imperatoris ſplendor: & lumen. Qui maxentio:lucinoq; interfectis:purgatoq; cæteris tyrannis imperio:magnis præterea tã in oriente:q̃ aquilone geſtis:Chriſtianã profeſſus religionem condidit ciuitatem a ſuo nomine conſtantinopolim appellatã: Romæ ſociã:ſine aliquo demonũ templo:atq; vnus Auguſtus Conſtantinus terrarũ orbem tenuit:ac illi imperauit. Quãobrem cum diu fuiſſent regna oriẽtis illuſtria:voluit Deus & occidentale fieri:quod tempore eſſet poſterius:ſed imperii latitudine:magnitudinemq; illuſtrius,q̃uis autem nemo poteſt cogitare:atq; inueſtigare diuinã voluntatem:tamen animi natura cõtemplare & laudare poteſt mirabilia Dei:quia animus memoria : intellectu prouidentiaq; præditus eſt. Qui Deo ꝓpinquior eſt ex rebus ab eo creatis propter chriſti humanitatẽ. Nam ſumus:& nos eſſe nouimus:ac noſtrum eſſe,& noſſe diligimus,perſpicuum eſt ergo magnã quidem eſſe excellentiã humanæ naturæ. Nam hõ eſt particeps omnium creaturarum quoniam hõ habet eſſe cum lapidibus:vegetari cũ arboribus:ſentire cũ animalibus:intelligere cũ angelis. Vnde ꝓpheta ait,gloria, & honore coronaſti eũ & cõſtituiſti eũ ſup opa manuũ tuarũ:ex qua diuina gratia Iuſtinianus Auguſtus ob p̃clara geſta:magnus:ĩter alias nobiles victorias:Italiã:

totáq; Africá Romano Impio recupauit: & reſtituit.

Cum cóſtemus ex animo,& corpore: ægrotatio animi quidé eſt pernicioſior:q̃ corporis. Egritudo enim animi eſt motus animi rationi non ob téperans. Nihil quidem eſt: quod eleuet egritudinem q̃ perpetua in omni vita cogitatio: nihil eſſe: quod accidere non poſſit. Meditatio quippe conditionis humanæ nó hoc affert: vt ſemper mereamus: ſed vt nunq̃. Quis eſt enim, qui rerum naturam qui vite varietatem qui imbecillitatem humani generis cogitat: mœret: cum hæc cogitat? meditatur enim ſapiens: quo pacto aduerſus erũnam perpeti poteſt, adeſt fortitudo. Quæ omnia contemnat, & pro nihilo putet: adeſt temperantia: quæ te admonet aduerſantem libidini moderatá in omni ré ſeruare conſtantiá. prudentiæ quidem quid reſpódetur? docenti parendum eſſe virtuti. Quæ porro recta ratio dicit, humanum eſt perturbari, nó enim ſilice nati ſumus. Nihilominus omnes nempe hoíes natura, ſequuntur ea: q̃ bona videntur: fugiuntq; contraria. Quid poteſt eſſe ſecundá naturá: quod ſit: repugnáte ratione. Qui ení non natura, ſed culpa vicioſi eſſe dicuntur: eorum vicia conſtant e falſis voluntatibus: opinionibuſq;. Quocirca munus eſt animi tatione bene vti.

Perſpicuum eſt: Deum eſſe omnipotentem, quonaim ſapientes cádoré cæli vident: maximáq; cælorũ celeritaté: tum vicitudines dierũ noctiũq;, & cómutatióes téporũ

quadri

quadri partitas ad maturitatem frugum,& ad tempera
tionem corpoꝝ aptas,tum nocturnam cæli formam vn
diqꝫ ſyderibus ornatam.Q uapropter omnipotens eſt
Deus:qui ex nihilo cuncta creauit,& cõtinue eius opa
cognoſcuntur.Non dicitur impotens Deus:qui men/
tiri non põt : cum ſit ipſa veritas.Deus igitur eſt oĩpo/
tens:qui facit:quod vult,& ex nihilo cũcta creauit:mũ
dumqꝫ gubernat:& poteſtatem dat:ſicut ei placet : cui
nihil iniuſte placet,ſi aũt quidam docti omnium cõne/
xionem:ſeriemqꝫ cauſarũ:qua fit omne:quod fit:fatum
appellant : id ſana mente intelligunt,(vt arbitrior) Dei
ſummi voluntatem,qui & cuncta ſcit:anteq̃ fiant:& ni/
hil in ordinatuȝ relinquit.Cauſa namqꝫ rerum : Q uæ
facit:nec fit:Deus eſt:a quo omne bonũ eſt,fortuna nõ
ſola ipſa ſoluȝ cæca eſt:ſed eos etiã plerũqꝫ efficit cæcos:
quos complexa eſt,peccare certe nemini licet,ſi quidem
prauitates animi recte vicia dicũtur.Ita aptiſſima omni
no ſunt arma vitæ hũanæ:artes : exercitatiõeſqꝫ virtutũ.
Q uæ in omni ætate cultæ mirificos afferunt fructus.

c 1

Non poſſuna,vir integerrime tecuȝ tractare melius:q̃ de
contemnenda morte.Q uæ ab his ſpernitur:qui ratio
ne vtuntur:& hoc ſæculũ non magni faciunt.Nam his
naturis nihil deeſt:quod vim memoriæ:mentis:& cogi
tationis habere poſſit:vir prudens præterita tenet:futu
ra prouidet:& præſentia cõplectit.Q uæ eſt res diuina
Iccirco animi immortalitatem non ignorat,exceſſu eni
vitæ nõ ſic delet̃ homo:vt funditus interiret,nihil qui/

dem præſtantius: nihil præclarius ab homine expecten/
dum eſt: q̃ fortitudo: cuius munera duo ſunt maxima: dolor: mortiſq; contemptio. Quare utendum eſt hac virtute: ſi viri velimus eſſe, quoniam a viro virtus no/
men mutuata eſt, ſint ergo ſemper oĩa homini humana meditata. Natura equidem dedit vſurã vitæ: tanq̃ pecu
niæ: nulla præſtituta die. Quid eſt: quod quæraree: ſi re
petit: cum vult, ea enim conditione acceperas. Sed vt cy
gni prouidentes. Quid boni ſit in morte: cum cantu: & voluptate moriuntur: ſic piis: & optimis viris eſt fa/
ciendum, vetat tamen dominans ille in nobis Deus in/
iuſſu ſuo hinc nos demigrare. Veniet enim tempus, & porro celeriter: ſiue retardabis: ſiue ꝓperabis: volat enĩ ætas. Mors certe eſt diſceſſus animi a corpore ad pun/
ctum temporis, hoc philoſophari nõ opus eſt, quoniã natura, ſi ſe habet: vt quomõ initiuʒ nobis ortus noſter afferat: ſic exitũ mors: q̃ eſt q̃dã migratio: cõmutatioq; vitæ claris hominibus. Quamobrem non eſt timenda.

c 13

Leues ſunt ratiunculę adoleſcentiæ, parũ enim immo ni/
hil valent ſenſus: cum animus imperet illis, turpiter enĩ viuere nõ naturæ: ſed volũtatis eſt peruerſæ: & iniquæ, ratio enim regit humanũ genus. Qua cæteris animali
bus præeſt homo. Bellua enim tantũ: quantũ ſenſu mo
uetur: ãd id ſolũ: quod adeſt: quoq; præſens eſt: ſe accõ
modat: paulũ admodũ ſentiẽs præteritũ: aut futurum, homo autem rationis particeps cauſas rerum videt: ea
rumq; progreſſus: cuius eſt propia veri inquiſitio: atq;

inueſtigatio,

iuueſtigatio. hominis ergo volũtas eſt principium mo/ralium a recta ratione. Temperantia ait. Nihil profecto voluptate inhoneſta obſcenius: nihil turpius: nihil in/dignius viro eſſe. Quare quid rationi conſentaneum ſit: oportet in omni actione cognoſcere. Quid quidem minus eſt dignum: q̃ rationi non obtemperare? Vicio/ſus quippe nõ natura: ſed culpa dicitur. Epicurus vo/luptates explanauit ſaporem, & corporum complexũ, & formas eas: quibus oculi iocunde mouentur. Verũ ratio perfecta: & abſoluta ſic illi parti inferiori imperat: vt iuſtus parens probis filiis. Animi enim imperio cor poris ſeruitio magis vtimur. Quid eſt enim voluptate muliebri viro turpius? Optimus vir noſcit prudentiæ lumen: Temperantiæ decus fortitudinis robur: iuſtitiæ ſanctitatem. Quãobrem homines ab ipſa adoleſcentia ita inſtitutos eſſe oportet: vt iis doleant: gaudeãq;: qui/bus dolere: gaudereq; oportet. Quam ob cauſa3 adole ſcentem ſcire decet. Conſtantiam in reſiſtendo: conti/nentiam in ſuperando conſiſtere. Quod ergo in rebus honeſtis, & cognitione dignis operæ: curæq; ponetur: id iure laudabitur. Voluptates quidem blandiſſime do mine maiores partes animæ a virtute detorquent. Nul/lum enim ſcelus: nullum magnum facinus eſt: ad quod ſuſcipiendum non libido voluptatis impelleret. Nec. n. libidine dominante: eſſe locum temperantiæ. Nec in vo luptatis regno virtutẽ conſiſtere poſſe perſpicuũ oĩno eſt. Verũ eſt nõ poſſe animũ in corpore incluſum repẽ te recognoſcere virtutẽ. ſed cum ſe collegit: atq; recrea/

uit:tum agnoſcit virtutes & vicia.ſuum igiť quiſq; no/
ſcat ingenium:acremq; ſe & vicioꝝ,& bonoꝝ iudicem
præbeat.nihil enim eſt tam anguſti animi:tamq; praui:
q̄ amare voluptates.nihil honeſtius:magnificentiuſq; q̄
eas contemnere.Eripiunt enim libertatē animi:pro qua
magnanimis viris oīs debet eſſe cōtentio,vt enī pulchri
tudo corpori apta cōpoſitiōe mēbroꝝ mouet oculos &
delectat:hoc ipſo:q inter ſe oēs partes cum quodā le/
pore conſentiunt:ſic virtus,quæ eluce in animo:mouet
homines ad bn̄,beateq; viuendū:cuius ſplendor:& laus
omnis in actione conſiſtit. Negligere igitur:quid de ſe
quiſq; ſentiat:nō ſolum arrogātiæ eſt:ſed etiā oīno diſ
ſoluti. Illud odioſū eſt:qđ in voluptate inhoneſta facil
lime ptinacia:nimia cupiditas adoleſcētiæ īnaſciť.Ergo
bona:q̄ nobis a' natura data ſūt:ſeq opȝ,& vicia ſugere.

c 14

Fugere controuerſiam & lites:ſi poſſit:eſt viri prudētis.
non enim modo liberale,paulum nonnunq̄ de iure ſuo
decidere:ſed interdū etiam fructuoſum.Nam iurgia:cō
tumeliæ:fraudes:iniuriæ:atq; doli e litibus gignuntur.
Interdū vero ad ſua tuenda:vel recuperāda:inuidia ob
eſt iuſtitiæ:maxime locupletibus. Tenuiores autē pro/
pter imbecillitatē circūueniuntur.patronus enī ſæpe cor
rumpiť deſerens:quem tueri debet.Expetuntur enī ma
gnopere a' patrono diuitiæ:in quo infinita pecuniæ cu/
piditas ſpectat ad opes:& ad iuſtitiæ obliuionē. Quā
ob rem quid eſt tam inhumanū q̄ eloquentiā a' natura
ad ſalutem hoīum:& ad cōſeruationem datā ad bonoꝝ

peſtem:pernitieq; cōuertere. Iudices vero aūt iuris igno rantia:aut negligētia:aut hebitudine ingenii deſerūt iu ſtitiæ officia. malitioſa quidem iuris interpretatiōe & ni mis callida obſcurat̃ cā inſcio iudici,cuius quoq; inter/ dum animū conturbant amicitia:inimicitia:ira:odiū:& metus. Quapropter iudices ab vna parte rogatos etiā capit iuſtitiæ obliuio. Sapientis eſt igitur non ire ad fo/ rum:ſi poſſit litem componere.

Abſurdū nōnllis vr̃ hac tēpeſtate nō longā eſſe humanā vitā. hoc cōtingit aut ira dei:quæ nō eſt pturbatio animi eius:ſed iudiciū quo irrogat̃ pœna peccato hoīs aut hō q̄tomagis:magis q̄ præterit ſæculi excurſum,breuitatē vide, & humano generi accidere vr̃,ob cœli deſcriptio/ nem longis interuallis ab aſtris factā,qđ Plinius ſcđs do ctiſſimus ſentit. vn̄ ait primis ſæculis ob cælorꝝ virtutes diu vixiſſe hoīes. exiſtio aūt exercitatiōe corpis,et tēpe perantiā cōſeruare diuturnā vitā. Quāobrē vtendū eſt exercitationibus tn̄ modicis:atq; tm̄ cibi:potioniſq; ad/ hibendū:vt reficiant̃ vires:non opprimant̃. Libidinoſa quidē:& intēperata adoleſcentia effectū corpis tradit ſe/ nectuti,q̄ ſine ſēſu nec ſeneſcit:nec diuturnitate extīguit̃: niſi tpe ſuo. Igit̃ qđ cuiq; tpis ad viuendū dat̃:eo debet eſſe cōtentus hō. Breue.n.ætatis tp̄s ſatis eſt longum ad bene:honeſteq; viuendū. Quā ob rem ponenda eſt to ta vis bene viuendi in animi robore:ac magnitudine:& in omnium rerum humanarū contemptione:ac deſpi/ cientia:& in omni virtute. nam horæ quidem cedunt,

& dies:menſes:& anni, nec præteritum tempus nunquã reuertitur:nec quid ſequatur:ſciri poteſt. tantum remanet bene:recteq; acta vita. Senſus quidem moriendi:ſi aliquis eſſe poſſit:is ad exiguum tempus durat, præſertim ſeni. Sapientiſſimus ergo quiſq; æquiſſimo animo moritur:ſtultiſſimus iniquiſſimo. Sapiens enim cum omnis natura morte diſſoluitur:animum eſſe ĩmortalẽ intelligit. q̃q̃ nec cũ adeſt:nec cũ diſcedit:appet. Q̃ m̃ animi natura eſt ſimplex & inuiſibilis humanis oculis.

C ompertum eſt cõtra opinionem popularem antiquis temporibus gigantes fuiſſe. Quia in geneſi reperitur. gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. Itaq; ſacris litteris fides eſt danda. Cuius auctoritatem ſequimur, quia eius vaticinia impleta eſſe conſpicimus, ſed ſi conſideretur dei potẽtia:non eſt mirum primos homines per ea ſæcula eſſe potuiſſe maiori corporis magnitudine: q̃ nunc inueniuntur viri, quia Deus ex nihilo cuncta creauit:atq; cœlo℞, terræq; rector & alta:& humilia reſpicit. Nam oratione Heliæ ad Deum nõ pluit annos tres:& menſes ſex. Deinceps Deus eius precibus exaudiuit. cœlum enim dedit pluuiã, & terra dedit fructum ſuum. Fecerunt primis ſæculis ciuitates duas amores duo: ideſt terrenã amor ſui vſq; ad contemptũ Dei: cœleſtem vero amor Dei vſq; ad contemptum ſui, atq; hoc cõtingit hac tempeſtete. Non eſt autẽ abſurdum ante illud nobile:diffamatũq; diluuium & poſt id: magnitudines corpo℞ humano℞ longe ampliores fuiſſe:

q̃ nunc ſunt. Quia memoriæ proditum eſt ꝙ nẽbroth gigans condidit ciuitatem illam nobiliſſimã babylonẽ: cuius regnũ ab anno primo: quo minus regnare cœpit: per mille ducentos & quadraginta annos permãſit: do nec eius imperium ad medos tranſferreret. Sed nemini ambiguum eſt: ſapientum ſententia: propter excurſum cœloꝝ in circuitibus errantium: minora corpora ferre naturam, q̃q̃ Dei potentia ex admirabilibus, & variis re bus ab ipſo creatis cognoſcitur. Nam mũdus ipſe ordi natiſſima ſua mutabilitate & mobilitate: & viſibilium omniũ pulcherrima ſpecie: quodãmodo tacitus diuinã teſtatur potentiã. Plato enim dicit aliter mundũ fieri nõ potuiſſe pulcherrimũ: atq; optimum: niſi omnium ani/ malium: ideſt ĩmortalium & mortaliũ generibus imple retur. Itaq; cum innumerabilia cernimus: poſſumus nõ dubitare: quin his præſit aliquis vel effector: ſi hæc nata ſunt (vt Platoni videtur) vel ſi ſemper fuerint (vt Ariſto teli placet) moderator tanti operis & muneris. Nihilo/ minus ꝓculdubio deus eſt omniũ creator: quod virtus intellectiua cõprehendit: quæ plurimũ ex doctrina ge/ nerationem habet: & incrementũ. Quapropter experien tia indiget, & tempore. Nihil eſt igitur quidem tam na/ turæ aptum: tam cõueniens: vtileq; ad res vel ſecundas: vel aduerſas: q̃ ſapientia: quæ ea: quæ ſunt in vſu: vitaq; cõmuni: cognoſcit: diſcernitq;. Nemo enim dixerit: pru dentis eſſe ea ſponte agere: quæ prauiſſima ſunt. Mens enim omnis id expetit: quod eſt optimum ſibi. & pro/ bus quidem obtemperat menti.

Quãq̃ voluptas animi cum ſenſibus corporeis cõiun
cta totum cõmouet hominẽ:& ſine cõcupiſcẽtia nõ
generatur:tamen abſurdũ eſt exiſtimare primos homi/
nes cõiuges in paradiſo conſtitutos:ante tranſgreſſionẽ
præcepti:per hanc libidinem impleturos fuiſſe:quod in
ſua benedictione Deus dixit:creſcite:& multiplicamini
& implete terram. Iccirco conſentaneũ eſt Mariã domi
ni genitricem in venereo appetitu nõ eſſe generatam:q̃
virtutibus ornata futurũ erat habitaculũ verbi:& bene/
dicta in gratiæ plenitudine præ ſcientia dei:quæ falli nõ
poteſt. Quapropter decorũ potentiæ fuit ex ſanguine
Mariæ puriſſimo:& ĩmaculato plenæ gratia:ac inqui/
nato:& nunq̃ maculato:& diuina virtute ab omni labe
præſeruato : verbum formare corpus ſuum. In beata
enim Maria ſanctiſſima fuit mẽs pudiciſſima:& puriſſi
ma:ab omniq; peccato integerrima:atq; corpus eius ex
titit virgineũ:nec violatum. Quãobrem ſplẽdore pudi
citiæ Maria exornauit animũ:& corpus. pudicitia eniꝫ
eſt virtus animi:quæ ſanctificat corpus. Enim vero ipſi
corpori non aufert ſanctitatẽ violentia libidinis alienæ:
animo non cõſentiente,quã probitatem ſeruat perſeue
rantia cõtinentiæ. Animi enim vicia:quæ increpantur,
& vituperantur:ſunt in noſtra poteſtate collocata:vir/
ginitas non amittitur,ſi obſtetrix virginis cuiuſdã inte/
gritatem manu velut explorans ſeu maliuolentia : ſeu
ignorantia:aut caſu dum inſpicit:perdidit,id ꝓprie vio
lentum eſt,cuius principium eſt foris:in quod nihil is:
qui patitur:confert.

Cogitatio mẽtis: quæ nunquã acquieſcit: in aliquo ſemper verſatur. Itaq; errare non credo: ꝙ oris confeſſio fuit conſtituta a' Deo. Dominus enim per prophetam ait. Dic tu iniquitates tuas vt iuſtificeris. Beatus Ambroſius inquit. non poteſt quiſq; a' peccato iuſtificari: niſi peccatum ante confeſſus fuerit. Iacobus Apoſtolus in ſua Epiſtola ait. Confitemini alterutrum peccata veſtra. a Mattheo etiam Euangeliſta traditum eſt: omnis ergo: qui confitebitur me coram hominibus: cõfitebor & ego coram patre meo: qui in cœlis eſt. Remigius explanat. confeſſio hic illa intelligenda eſt: de qua dicit Paulus apoſtolus. Corde creditur ad iuſtitiã: ore fit confeſſio ad ſalutem. ne ergo aliquis putaret ſe abſq; oris confeſſione poſſe ſaluari: non ſolum ait: qui me cõfeſſus fuerit: ſed addidit coram hominibus. Itaq; a' Ioãne Apoſtolo ſcriptum eſt. Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata: remittuntur eis: & quoruꝫ retinueritis: retenta ſunt. Vnde Ambroſius prima diſtinctione pœnitentiæ decretoꝝ inquit. per verbũ dei dimittit peccata ſacerdos. Fruſtra eſſet. n. auctoritas: niſi eſſet oris cõfeſſio. peccata enim cordis non cognoſcũtur a ſacerdote niſi p oris confeſſionẽ: cordũ ſcrutator eſt deus iudex non dat ſententiã niſi eſſet reus. probat in Geneſi de primis parentibus, & eoꝝ poſteris. Ioãnes os aureuꝫ dicit. In corde eſt cõtritio, in ore cõfeſſio, in opere tota humilitas. hæc eſt fructifera pœnitentia. Non eſt igitur ambiguũ: quãdo humanæ naturæ eſt poteſtas cõfitendi neceſſe eſſe cõfiteri: maxime ſemel in anno iuxta decreta.

Prauus & impius error eſt nōnulloꝝ:qui dicunt Chri/ ſtum nunq̄ ſanaſſe ſtultum:qui Dei filius eſt & homo. Cuius quidem virtutes:& admirabilia opera in ſancto Euangelio narrantur:& in omni terrarum orbe prædi/ cantur,vaticinatum eſt in pſalmo. In omnem terrā exi uit ſonus eoꝝ:& in fines orbis terræ verba eoꝝ. Mat/ theus quidem Apoſtolus ſcripſit:obtulerunt ei omnes male habentes:variis languoribus:& tormentis cōpre/ henſos:& qui demonia habebant:& lunaticos:& para/ lyticos:& curauit eos. Q uapropter perſpicuū eſt chri ſtum ſanaſſe animi egritudines:& corporis ægrotatio/ nes. Q uis enim illuminat hominem ſiue naturali inge nio:ſiue ſapiētia:niſi ſolus Deus. Ioānes nāq; memoriæ mundauit:erat lux vera quæ illuminat omnem hoīem venientem in hūc mundū. Qui dicunt̄ lunatici:niſi qui a' luna vexant̄. Q uæ planetaꝝ virtutes:ac ſyderū colli git:eaſq; influit in iſtum elementoꝝ orbem. Nihilomi/ nus Dei filius & virtutū cœleſtium cōditor diuina ſua prouidentia opprimit eos influxus:quādo ei placet:cui ſapienter placet:& omnes mente ſanat:qn̄ vult. Vnde Hieremias inquit. Sana me dn̄e:& ſanabor. Saluum me fac:& ſaluus ero:qm̄ ſalus mea tu es. Sanus enim mente non eſt peccator:niſi reſipiſcit diuina gratia. Q uā ob rem in ſacro eloquio legit̄. Quis pōt facere mūdum de īmundo conceptū ſemine?nōne tu?qui ſolus es,ſicut.n. nemo a' ſeipſo eſſe:ſic ēt nemo a' ſeipſo ſapiens eſſe pōt. Q uare ꝓpheta loquitur. redde mihi lætitiam ſalutaris tui:& ſpiritu principali cōfirma me. proculdubio ſanus

quidem intellectus eſt reprobare malũ, & eligere bonũ philoſophica ſententia:duplex eſt ratio reperiendi veꝝ non ſolum in his quæ mala:ſed etiam in his:quæ bona videntur. Auguſtinus ait:oĩa miracula ſuperat ſtultos fieri ſapientes,quod a chriſto factum eſt. Vis.n.mentis a Deo data eſt,morbos græci appellant motus animi rationi non obtẽperantes:cui regnũ totius animi a natura tributũ eſt,animi affectionem lumine mentis carenteꝫ nominauerũt:philoſophi amentiã:eandemq; dementiã Stultitiam aũt cenſuerunt inconſtantiam, ideſt ſanitate mentis vacantem,poſſe tñ tueri mediocritatem officioꝝ & vitæ cõmunem cultũ:atq; vſitatum.furorem eſſe quidem rati ſunt mentis ad oĩa cæcitatem. Quæ igit̃ ſana mente eſt:rõne bene vtitur:& diuinis paret p̄ceptis. Sapientis nãq; animus ſemp vacat vitio.Sapientia quideꝫ eſt non ſolũ ea ſcire.Quæ ex principiis cognoſcunt̃:ſed etiã circa principia dicere vera oportet.Cognoſcit̃ vero Deus ex operibus eius ad noſtrã doctrinã ſcriptis,mentem enim hominis q̃uis eam nõ videas:vt Deum nõ vides:ex memoria rerum:& inuentione agnoſcis.

c 17

Difficillimum eſt ſcire cœli particulã:vbi ponitur horæ notatio:quã horoſcopum vocant:tamen a perito aſtrologo ob influxus cœleſtes:rationeſq; ſyderũ prædictuꝫ fuit euerſionem imperii ſeruoꝝ ægyptioꝝ fore:qđ ætate noſtra euenit.q̃q̃ virtus cœloꝝ non ſemper de neceſſitate recipit̃:ideo ab aſtronomis quidem dicitur ſtellas ſignificare futura potius:q̃ facere. Anima enim rationa/

ſis non eſt cœleſtibus corporibus ſubiecta. Nam in hõ mine libera eſt voluntas: qua recte: vel perperã viuitur. Ioãnes apoſtolus ait. Quotquot autem receperunt eũ: dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. Quã ob rem peccare certe licet nemini. Quã ob cãm nulla eſt excuſatio pec cati: quod eſt tranſire lineas rationis. ſed vt ad rem redea mus: quidam putãt afflatus quoſdã valere ſydereos ad ſolas corporũ differẽtias: nec iudicant ſydera habere vir tutem erga animã: quæ eſt ſubſtantia ſpiritualis: & ratio nalis ad viuificandũ corpus humanum de nihilo à deo creata. Nã philoſophiæ ſtudio naturalis inclinatio vin/citur: & hominis ingenio. Socrates philomeni excellẽti phiſonomo: atq; Hippocrates hac in re reſponderũt ſe natura eſſe luxurioſos: ſed ſe vincere concupiſcentiã ob philoſophiæ ſtudium: & diſciplinã: quæ maximo in ho nore fuit: quod naturæ fuerat denegatũ. Nam ab anti/qua quidem philoſophia vſq; ad Socratem motus cœ/lorum: rationeſq; ſyderũ: atq; numeri tractabant̃: & vñ omnia orirentur: quo ue recederent. & ſtudioſe ab his philoſophis ſyderũ magnitudines: interualla: curſus in quirebantur: & cũcta cœleſtia, ipſa porro ægyptiorũ me morabilis doctrina q̃ ſapientia eſt appellata: quid erat: niſi maxime aſtronomia. Talles milleſius rerum naturã ſcrutatus: numeris aſtrologiæ comprehenſis: defectus ſolis: & lunæ prædixit. pulchrum quidem eſt diiudica/re faciem cœli: vnum globum poſſidet ſtella pallida: quam in terris ſaturniam vocant. Deinde eſt ille ful/gor hominum generi ſalutaris proſperuſq;: qui dicitur

Iouis. Tum rutilis:horribiliſq; terris:quem Martium dicitis. Deinde ſubter mediam fere regionem ſol optinet dux.& princeps & moderator luminum reliquorum tanta magnitudine:vt cũcta:ſua luce:luſtret:& cõpleat. hunc vt comites conſequuntur Veneris alter:alter mercurii curſus,in infimoq; orbe luna radiis ſolis accenſa tenet vltimũ locum,& conuertitur:Qui planetarũ orbes verſantur retro contrario motu,atq; cœlum. Quæ non ignorare & ſcire ornamentũ ſyderum firmamentum dictum perpulchrũ eſt, & ſtellarum globus vincere terræ magnitudinem. Nam terra nona ĩmobilis manens ima ſede ſemper hæret:complexa medium mundi locum.

Quãquã figura huius mũdi non permanebit:tamẽ finem ſæculi prope eſſe propter calamitates chriſtianæ religionis & prouinciarum deuaſtationes:imperiorũ mutationes:& inclinationes regnorum ſapientes non cogitant:quia in humana natura regnant magni errores propter morum,& temporum vicium:hæc accidunt. Quapropter ſi nullum peccatum nunc puniret aperta diuinitas:nulla eſſe prouidentia diuina crederetur. Si autem nunc omne peccatũ manifeſta plecteret:& puniret pœna:nihil vltimo iudicio reſeruari putaretur. Quamobrem q̃q̃ multa contingunt mala:inſipientiæ eſt:annos: qui mundo remanent:computare:& diffinire:cum hoc ſcire non eſſe noſtrum ex ore veritatis audiamus. Nam in Mattheo dixit Deus. de die illo, & hora nemo ſcit: neq; Angeli cœlorum:niſi pater ſolus. Itaq; creden/

dum eſt Dei ſapientiæ:per quam facta ſunt omnia.nõn
ergo habeamus incognita pro cognitis:hiſq; temere aſ/
ſentiamus. Nemini ambiguum eſt eum fœlicem eſſe:
qui poteſt rerum cognoſcere cauſas. Animi quidem vi
ſa:quas ſtoici appellant fantaſias:ex terribilibus:& for
midabilibus rebus orta non vehementer mouent aĩos
ſapientum:quoꝝ perturbationes moderate:rationiq; ſu
biectæ ſunt,proinde quãti eſtimãda eſt ſapientia. Quæ
nec eripi:nec ſubripi poteſt,qua qui præditi ſunt:eorum
vita tutior & facilior eſt:q̃ alioꝝ.homo.n.qui bene agit
vitã:non timet ſæculi finẽ.Quod ſciri a' mortalibus no
luit Deus.Itaq; decet nõ plus ſapere,q̃ oportet ſapere.

Maxima nõnullis ignorantia eſt:qui ſanctæ Romanæ ec
cleſiæ iudicium calũniare audent in beatoꝝ ſanctione:
& ſanctificatione.Nam ſi falſo ſanctificetur vir vt ꝓbus
ab eccleſia:cõmitteretur idolatria:propter quod pecca/
tum Deus per varia ſæcula:& tempora ſuam oſtendit
iuſtitiam.Auguſtini ſententia,ideſt difficile eſt purgatã
vitam alicuius inuenire:intelligitur ſecũdum diuinã ſcri
pturam:nemo bonus:niſi ſolus Deus.Enim vero,nemi
ni dubiũ eſt ſolum Deum hominis corda iudicare.Põ/
tifex autem Romanus virtute apoſtolica nõ efficit ho/
minem ſanctum:ſed approbat,& manifeſtat vitam ho/
minis eſſe optimam.Sentio quidem ſanctioni adeſſe ſpi
ritum ſanctum,& omnibus ad diuinam fidem attinen/
tibus conſultandis. Nam Chriſtus in Mattheo dixit
diſcipulis. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus

vſq; ad cõſumationem ſæculi. Beda exponit: Chriſtus
& ſi corpore viſibili non apparet: tamen ſua diuinitate
nunq̃ eccleſiam relinquit. Abiit enim ad patrẽ per hu/
manitatem. manet autẽ cum paſtoribus eccleſiæ & fide
libus in forma: qua eſt patri æqualis. Quãobrem ſerui/
tutem, quæ græce latria dicitur: præſtare Deo debemus
quãq̃ maximus pontifex in bonis moribus nõ videtur
eſſe hominibus: approbatq; ſanctitatem viri cuiuſdã &
populo manifeſtat: tamen apoſtolicã auctoritatẽ a deo
ſibi datam non amittit. nam præſbyter & ſi bonus nõ
eſt: tamen virtutẽ conſecrandi euchariſtiam nõ perdit:
nec poteſtatẽ ligandi: atq; ſoluendi. Auguſtinus in. iiii.
ſententiarũ ait. Intra catholicã eccleſiam in miniſterio
corporis & ſanguinis domini nihil a bono maius: nihil
a malo ſacerdote minus perficitur, quia non immerito
conſecrantis: ſed in verbo perficitur creatoris: & virtu/
te ſpirituſſancti.

Laborarunt philoſophi docere hac in vita mortali eſſe
fœlicitatem: cui fortuna aduerſa eſt. propterea tanta. n.
erit illa fœlicitas: vbi nullum erit malũ: nullum latebit
bonum. Quis eſt: qui minime in delicto reperitur. om
nis enim homo mendax eſt. Quam ob cauſam hoc in
ſæculo non eſt beatus: quia anima a Deo deſerta pro/
pter peccatum: fœlix eſſe non poteſt. Dat enim Deus
beatitudinem morientibus in eius gratia, prauitates ani.
mi recte vitia dicuntur. Quicquid peccatur: perturba/
tione peccatur rationis & ordinis. Quare quis eſt: qui

cupiditatibus ſuis omnibus imperare poteſt. Quis re/
frenet libidines. Sperant voluptates. Iracũdiam teneat.
Corceat auaritiam: quæ eſt idolorum ſeruitus. cæteras ani/
mi labes repellat. Inter philoſophos conſtat: qui vnum
habet: omnes habere virtutes, quæ inter ſe colligatæ: atq;
implicite ſunt. virtus enim eſt habitus animi rationi cõ/
ſentaneus, quare nulla eſt res, quæ plus apud virum pol
leat: q̃ ipſius voluntas: atq; iudicium. Quá ob rem q̃ti
eſtimanda eſt bona voluntas: quæ probum virũ efficit.
Probitas quidem nec tempeſtatũ: nec temporum permuta
tione mutatur. Qua præditi in cœlis ſunt beati, prohe
mium virtutis eſt ipſe Deus, qui virtutem dat: eiq; ſeip/
ſum: quo melius: & maius nihil põt eſſe, promittit. Cõ/
templator equidem veritatis arbitrat̃ ſummũ bonum:
ipſumq; optimũ eſſe Deum: qui perfectus ſimpliciter:
& per ſe ſemper eſt: et quo emanat ipſa fœlicitas. Diffini
re tameu Deũ non audeo, quia eũ excogitare nõ valeo.
Quare cum eius fruitio ſit beatitudo: ignoro: neſcioq;
quæ ſit fœlicitas in hoc mũdo. Cum hac in vita beatus
eſſe non poſſit. Quis enim finis eſt humanus: niſi per/
uenire ad regnum: cuius nullus eſt fiuis. An poteſt quis
quam in abundantia bonorum huius ſæculi: quæ nec
ſunt perpetua: nec diuturna fœlix eſſe. Quam ob rem
mortalis homo hæc cogitare poteſt. Quid enim ego
laboraui. aut quid egi: aut in quo euigilauerũt curæ, &
& cogitationes meæ. Quod igitur rectũ: & honeſtũ,
& cum virtute eſt: id ſolũ exiſtimo bonũ: quod quippe
hominem ad cõtemplãdam diuinã naturam ducit. qm̃

deus eſt ipſe finis humanæ naturæ:q ſinefine eſt:ſine faſtidio amat̃:ſine fatigatione laudat̃.Nemo igit̃ hac in vita mortali:omni ætatis tempore:ſine moleſtia viuere pōt. Vnde mortalis nō eſt beatus.Sacra ſcriptura inquit.homo enī breui viuens tempore repletur multis miſeriis.

c 23

Ait Herodotus:ꝙ cū præmeret̃ inops multitudo ab hiis qui maiores opes habebant:ad vnū aliquem confugiebant:virtute præſtantem:qui cum ꝓhiberet iniuria tenuiores:æquitate conſtituenda:ſummas cum infimis pari iure retinebat. Quā ob rem quia ab vno iuſto, & bono viro cōſequebantur ius:erant eo cōtenti. Itaq; in terris ob eam cām inquit Saluſtius id nomen impii fuiſſe.Deinceps etiā ab optimatibus:q̄ ariſtocratia dr̃:orbis terraꝝ gubernabat̃ nō vbiq;:aut a' ppl'o non in multis locis:quæ cōmunitas dr̃ iuris conſenſu, & vtilitate cōi ſociata. Eadem.n.cōſtituendaꝝ legū fuit cā:quæ regū. Ius.n.ſemꝑ quæſitū eſt equabile.neq;.n.alterū eſſet ius. Cū.n.tanta vis iuſtitiæ ſit:vt ea latronū opes firmet:atq; augeat.Quapropter quātam iuſtitiæ vim inter leges,& iudicia:& inſtituta reipu.eſſe putamus in regendo,gubernandoq; nemo ignorat. Quā ob rem hoc quidem perſpicuū eſt eos ad imperandū deligi ſolitos:quoꝝ de iuſtitia magna eſſet opinio multitudinis:adiuncto vero hoc:vti iidem etiā prudentes haberent̃.optimus aūt ille quidem eſt:ex ſe ſe qui oīa nouit, & qui recta monent paret,hoc certe ſuo veritatem lucere ipſam per ſe.quare melius eſſe:q̄ videri ſepiens iudicat. c 24

Romani fortunā quæ bona & mala eſt:putauerūt Deū eſſe. Quod Plato:aliiq; philoſophi non cenſuerunt. quoniam Deos vtriuſq; ſexus ſi & ſexus habent: non niſi bonos exiſtimarunt, magnam vim eſſe in fortuna in vtranq; partem vel ſecundas ad res:vel aduerſas quis ignorat? Fortuna enim nōnunq̄ ipſa mortalis tamen cū īmortali natura ingenii pugnare videtur:vt intellectus humanus ei reſiſtere non poſſit. Enim vero dicunt̄ for tuita:quæ vel nullas cauſas habent:vel non ex aliquo rationabili ordine venientes. Itaq; iuditium de fortuna Deo relinquendū eſt. Cui omnia ſubiiciuntur. eas autē cauſas, quæ dicuntur fortuitæ:vnde etiam fortuna no/men accipit, non eſſe dicimus nullas, ſed latentes, eaſq; tribuimus vel veri dei:vel quorūlibet ſpirituum volū/tati, ipſaſq; naturales cauſas nequaq̄ ab illius voluntate ſeiungimus, qui eſt auctor omniū bonorum, cōditorq; naturæ. facilius quidē hoc intelligit q̄ explanari pōt.

¢ 25

Fides fœderis conſeruanda eſt, habita ſalutis principatus ratione. Multa enim, quæ natura honeſta vident̄ eſſe: temporibus fiunt non honeſta. Facere nāq; promiſſa & ſtare conuentis:cōmūtata vtilitate, & fide ſocietatis fiūt non honeſta. Nam regna & imperia in caſu ſita:tempo ribus gubernantur. Quod enim iuratum eſt:cum mens conciperet fieri oportere ſine piculo principatus:id ob/ſeruandum eſt. Quod aliter, id ſi non fecerit:nullum eſt periurium. Non enim falſum iurare:periurare eſt. ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris:ſicut verbis conci

pitur

pitur:more regio:id non facere eſt periurium. Quam
ob rem potius principatus ſaluti eſt cõſulendum:q̃ ſo/
cietas obſeruanda cum detrimento regni. Nam ſubue/
nire tempeſtati regni aduerſæ in calamitate exiſtẽtis:qua
uis ratione ſapientis eſt ob cõmunem vtilitatem princi/
patus. vtriuſq; pax videtur incertum bonũ,quia corda
eorum:cum quibus eam tenere volumus:ignoramus.
Nam omnis ratio vacare debet temeritate,& negligẽtia:
nec vero agere quicq̃:cuius non poſſit cauſam probabi/
lem reddere. Boni ergo conſilii eſt fidem aliquãdo non
conſeruare animo libero non factam:maxime fœdifra/
gis. Nulle enim ſunt occultiores inſidiæ:q̃ hæ,quæ latẽt
in ſimulatione officii:aut in aliquo pacis nomine.

Maximo in errore eſt:qui ſentit eſſe contra liberum arbi
trium:quãdo Deus prauam hominis voluntatẽ mutat
ſtatim in bonam. quoniã conuerſio Pauli Apoſtoli te/
ſtis eſt liberæ ſuæ voluntatis. Si aũt inſanus dicit:deum
mutare non poſſe ex malo in bonũ:negat infinitam di/
uinam potentiã. Non enim eſſet omnipotens deus:niſi
omnia quæcũq; vult:efficere poſſet,itaq; per eam facta
ſunt omnia:& ſine ipſo factum eſt nihil. ipſe nãq; deus
omnipotens eſt:vt totum, quod vult:poſſit. quoniam
omne bonum,& æquum eius voluntati cõſentaneũ eſt.
Quã ob rem creauit hominẽ rectum, & bonum:libe/
roq; voluntatis iudicio ornatum,ſed homo appetitũ ra
tioni non parentem ſequi voluit,vnde ſeruus eſt factus
ſenſus. peccare quidẽ non eſt potentia:ſed defectus vo/

luntatis:quæ bonum repudiat.quo circa cauſa male vo
luntatis non eſt efficiens,ſed deficiens. Quā ob cauſam
Deus dicitur omnipotens:quia nihil poteſt per impo/
tentiam:& nihil poteſt cōtra ſe.Quis igitur pium de im
pio facere poteſt:niſi ſolus Deus?impius appellat̃:qui
a Deo ſummo bono deficit. quonia3 rationis officium
amittit,quod eſt diuinæ voluntati parere.nemo natura
malus eſt.Nulla eſt enim natura mali:ſed amiſſio boni
nomen mali accepit. Non ergo eſt fas prauā volunta/
tem naturæ officere. At quidem ducunt volentem fata:
nolentem trahunt.explano fatum ipſam ſummi dei vo/
luntatem:cuius poteſtas per cuncta porrigit̃.vehemen/
ter errant:qui omnium cōnexionem:ſeriemq; cauſarum
fatum nuncupant:ſi ipſa dei voluntas vel poteſtas fati
nomine non appelletur. Nam diuina deletur iuſtitia,
atq; euertitur humana libera voluntas. Si autem dici/
mus omnia fato fieri:ideſt cauſis antecedentibus:ſiue di/
uina:ſiue humana,non male ſentitur. Animorum enim
motus ſunt voluntarii.Deus autem cuncta ſcit:antequā
fiant:& nihil inordinatum linquit. Diuina enim proui
dentia omnia conſtituuntur.

I uriſconſultum oportet inſtitutum eſſe bonis moribus.
Nam de iuſtis:ciuiliq; ratione eſt iudicaturus,quia finis
ciuilis diſciplinæ non cognitio tantū,ſed actio eſt.Quā
propter iuuenis nō eſt idoneus ciuilis ſcientiæ auditor.
eſt enim rudis actuum vitæ.de his enim:& ex iis ipſe iu
rium rationes efficiuntur,magna quidem eſt ciuilis do

ctrinæ magnitudo. quoniam terrarum orbis, diuinis & humanis legibus gubernatur. Quã ob cauſam cognitio ſcientiæ diuinæ & humanæ vehementer ꝓdeſt mortalibus. Nam ciuilis facultas quas ſcientias in ciuitatibus eſſe: & quales quęq; diſcere: inſtituere ſolet, atq; cõſtituit qd quiſq; agere: & a' quibus abſtinere debet. Itaq; hoc ſpectant leges: voluntq; cõiunctionem ciuium eſſe incolumen. Quã qui dirimunt: eos morte: exiliis vinculis: dãno pecuniæ cohercent. & hoc multomagis exigit ipſa naturæ ratio, quæ eſt lex diuina, & humana. Nã ius naturale in lege & in Euangelio continetur. Conditæ quidem ſunt leges: vt earum metu humana natura coerceatur audacia. Fundamenta vero iuſtitiæ ſunt: primum ne cui noceatur: deinde vt cõmuni vtilitati ſeruiatur. Qui autem vtilitatem ab honeſtate ſeiungunt: non retinent decorum: quod in omni honeſtate verſatur. Nihil enim decet: niſi quod iuſtum & honeſtum eſt. optima igitur iuriſconſulti mens diſcendo: cogitando: ſemper aliquid inquirit, aut agit: videndiq;, & audiẽdi delectatione ducitur: nequid temere: aut inconſiderate, negligenterq; agat.

Principium magnæ nobilitatis ex arte militari oritur. Nã militaris virtus nobiliſſimã efficit familiã. Nam Veſpeſianus obſcure natus propter artem militarem præclarus fuit Imperator ꝓbus vir illuſtris gloria militari ad adminiſtrationem reipu. acceſſit. prætermitto quãplures præſtantiſſimos rei bellicæ Duces: & Diocletianum

imperatorem obſcuriſſime genitum: ne prolixus ſim. at de his temporibus Franciſcus Sforcia Mediolani Dux in militiæ fortuna fœlix illuminauit ſuam ſobolem. In primis igitur exercitatio diſciplinæ militaris terreſtris: naualiſq; virtuti cõiuncta non ſolum claros & potẽtes: ſed etiam ĩmortales efficit viros. Quorum quippe laus emori non poteſt, ſed finis militiæ eſt victoria. poſt autẽ gloriam militarem dignitates prælatoꝝ: magiſtratuſq;: honores: ſcientiæ: atq; diuitiæ illuſtrẽt homines: & eorũ genus: familiaris rei gubernãdæ finis ſunt diuitiæ honos vero eſt ferè finis ciuilis vitæ. ob virtutes. n. viri honoribus afficiunt̃. talis ergo hõ putat eſſe: vt iure laudetur.

Non eſt inſcium: humanũ corpus ex natura elementorũ eſſe. Nam videtur terrã eſſe in oſſibus, & carne. Aqua in ſanguine: & aliis humoribus apparet. Aer in pulmone continetur cordis flabello. Ignis aũt in corde eſt: qđ formam ab igne accipit. eſt enim inferius datum: ſuperius vero acutum. Anima vero: qui eſt ſpiritus rationalis & intellectualis: in centro cordis ſedẽ tenet (vt aiunt) & totum corpus ſenſificat: viuificat, atq; mouet. Sed principio corporis noſtri magnã naturæ ipſa videt̃ habuiſſe rationeꝫ: quæ formã noſtram: reliquãq; figuram: in qua eſſet ſpecies honeſta: eam poſuit in promptu.

Peccare quidem multis modis contingit. Malum eſt. n. infiniti (vt pythagorici putant) nullum eſt enim porro tempus peccandi: bonum vero finiti. omni quippe tem-

pore decet benefacere. Itaq; recte agere vnice. Vno nāq;
modo bonus eſt: multiſq; nefandus: quia virtus eſt me/
dium duoꝝ vicioꝝ vnius per exuperationem alterius
per defectum: vt ait Ariſtoteles. Nulla autē eſt res: quæ
plus apud hominem valeat: q̄ ipſius voluntas: atq; iudi
cium. Nam prauitates animi recte vicia dicuntur. quo/
niam peccata quidem non rerum euentu: ſed viciis ho/
minum mentienda ſunt. In quo enim peccatur: id po/
teſt aliud alio maius eſſe: aut minus. ipſum quidē illud
peccare: quoquo te verteris: vnum eſt: ſiquidem eſt pec/
care: tanquā tranſire lineas rationis. peccare quid aliud
eſt: niſi in veritatis præceptis: aut in ipſa veritate errare.
Nam nimium, & parum vicio aſcribuntur: mediocritas
vero virtuti, quæ quippe eſt ipſius medii coniectatrix.
Quā ob rem hac in vita quātum cuiq; licet, ſpectare de/
cet. quicquid enim nō licet: nefas putare oportet. Nam
virtus eſt conſentiens cum ratione, & perpetua cōſtan/
tia. Quæ vis eſt enim quæ magis arceat homines ab im/
probitate animi, q̄ ſi ſenſerint nullum in delictis eſſe di/
ſcrimen. Cum enim perturbatur ſemel ratio, & ordo: ni
hil poteſt addi: nec demi: quo magis peccari poſſe videa
tur: Socratis ſententia. Virtutis enim nomen amittitur:
quæ ex animo conſideratur. Nam liberalis actio non cō
ſiſtit in multitudine rerum: quæ dantur: ſed in habitu
tribuentis. Quæ veritas lucet in Luca Euangeliſta de
vidua inope largiente æra minuta duo in gazophilatio
ideſt loco: quo diuitiæ ſeruantur. Ait enim dominus.
vere dico vobis, quia hæc vidua pauper plus: q̄ omnes

miſit. Inquit Chryſoſtomus: non paucitatẽ oblati: ſed copiam affectus intuitus eſt Deus. Nam ab animo equi dem proficiſcuntur virtutes: quæ Hieronymi, & Augu ſtini, philoſophorũq; ſententia ſunt inter ſe colligatæ: atq; implicitæ: quãuis ex ſingulis certa officiorum gene ra naſcuntur. prudentia autem (vt dicit Bernardus) eſt virtutum auriga: cuius facies ſi oculis cerneretur: mira/ biles amores (vt inquit Plato) excitaret ſapientiæ. offi/ cium eſt enim prudentiæ propria veri inquiſitio: atq; in ueſtigatio. Q uapropter homo: qui rationis eſt parti/ ceps: non paruã naturæ vim tenet. Nam ſolum animal ſentit: quid ſit ordo: quod deceat: in factis: dictiſq; quid ſit modus. propterea ſapientia eſt in fuga mali, & ele/ ctione boni. Norma equidem vitæ ex diuinis præceptis oritur: ex quibus naſcuntur virtutes. Nam virtus aut enim in perſpicientia veri ſolertiaq; verſatur: aut in ho/ minum ſocietate tuenda: tribuendoq; ſuum cuiq;, & re/ rum contractarũ fide: aut in animi excelſi: atq; inuicti ma gnitudine: ac robore: aut in omnium: quæ fiunt: quæq; dicuntur: ordine, & modo: in quo ineſt modeſtia, & tẽ/ perantia. Si igit peccare nolit homo: amplectitur virtu/ tes: quarum Deus eſt dominus. Nam iniqua voluntas cum male deficit contra ordinẽ naturarum ab eo: quod ſumme eſt: ad id: quod minus eſt: peccatum: & maxi/ mus error exiſtimatur. Q uoniam ſcio: in quo fit mala voluntas: id in eo fieri: quod ſi nollet: non fieret. perſpi/ cuum eſt enim omnem actum, & affectum non ſuſcipe/ re mediocritatem. ſunt enim affectus nonnulli: qui con/

tinuo nomine ſuo ſunt cum prauitate connexi: vt ma/
liuolentia:imprudentia:inuidentia:& actus identidem:
vt adulterium:furtum:homicidium. Circa talia nullus
eſt tempus recte agendi:ſed ſemper delinquitur. Cen/
ſeo ergo honeſtum eſſe bene velle:beneq; agere. Virtu/
tis autem laus omnis in actione conſiſtit:a' qua non de/
cet fieri intermiſſionem.

Cum opes ſint ſatis ad vſus vitæ neceſſarios:homineſq;
dignitatem: pecuniæ cupiditas ad perfruendas volu/
ptates ſpectat, & non ad animi magnitudinem. Nam
vir magnanimus circa diuitias: & omnem proſperita/
tem:aduerſitatemq;:quocunq; euenerit modo: mode/
rate ſe ſe habet. Quam ob cauſam ipſe magnanimus
eſt contemptor fortunæ. Quam facile ferre ſine vir/
tute non poteſt. Virtus enim nec eripi:nec ſubripi po/
teſt:neq; naufragio: neq; incendio amittitur: nec tem/
peſtatum: nec temporum permutatione mutatur. Ideo
qui ea præditi ſunt:ſoli ſunt diuites. Quoniam tenui/
tas victus non pauperem hominem facit. minimis enim
natura contenta eſt: ſed auiditas pecuniæ. quia animus
ſe iudicet diuitem ratione vtens; non opes animum.
Hieronymus inquit. Pecuniæ cupido tam deeſt:quod
habet: quam quod non habet. Quapropter cogno/
ſcere ſe ipſum, ideſt animum ſuum eſt ſapientis. Nam
animus ſapientis magnitudine conſilii: tollerantia re/
rum humanarum: contemptione fortunæ: virtutibus
denique omnibus eſt ſeptus. Quam ob rem nulla

quidam poſſeſſio:nulla vis auri,& argenti:pluris q̄ vir
tus æſtimanda eſt:quare ditiſſimus habendus eſt:qui in
virtute diuitias eſſe putat, quia omnia nimirum habet:
qui nihil concupiſcit. Itaq; quicquid agat homo:de/
cet pro viribus agere. Enim vero non eſt neceſſaria ſoli/
dæ laudis cupidini anxia diuitiarum comparatio. Ex
virtute enim immortalis oritur gloria. Curſus autem
profecto eſt certus ætatis. In ſacro enim Eloquio le/
gitur. Breues dies hominis ſunt,numerus menſium eius
apud te eſt. Conſtituiſti terminos eius:qui præteriri nō
poterunt. Vnde Hieronymus ait. Facile contemnit om
nia:qui ſe ſemper cogitat moriturum. Iccirco ſapiens
contentus eſt rebus ſuis,quod eſt proprium diuitia/
rum. Nam omnes recte animi affectiones virtutes ap/
pellantur: pecuniæ eſt igitur fugienda cupiditas. Ni/
hil enim tam anguſti animi: tamq; praui: q̄ amare di/
uitias. Nihil honeſtius:magnificentiuſq; eſt:quā pecu/
niam contemnere:ſi non habeat vir: ex quo virtus ap/
pellatur: ſi habeat: ad beneficentiam: liberalitatemque
conferre. Ait enim dominus in Mattheo. Nolite the/
ſaurizare vobis theſauros in terra: theſaurizate autem
vobis theſauros in cœlo. Quid enim prodeſt diuitia/
rum cupiditas ei:qui quippe dies: noctesq; cruciatur?
cui nec ſat eſt:quod eſt, & id ipſum:quod habet:diu/
turnam eſſe futurum ignorat:timetq; fortunam. Quā
ob rem vt improbo,& ſtulto, & inerti:nemini bene eſſe
poteſt:ſic bonus vir, & ſapiens,& fortis miſer eſſe non
poteſt. At quidem propter errorem,atq; inſcitiam cæca/

& temeraria dominatrix animi cupiditas ad ſe explendam viribus corporis abutitur pernicioſiſſimis ſatellitibus, atq; peruertit humani officii rationem ad imperandum:quod fas non eſt. Quare pax animi non facile eſſe poteſt hac in vita:cuius beatitudo per inueſtigationem virtutum: & Dei dilectionem comparatur. Corporis autem ſanitas in membrorũ & elementorum cõmenſuratiõe:& ꝓportione reperit̃,atq; pulchritudo.

c 32

Miſerrima eſt quidem ambitio:honorumq; contentio. Nam appetitio honoris:& imperii animũ cruciat orta ex ſuperbia:quæ eſt amor ꝓprie excellentiæ. Quã ob rem magnopere difficile eſt eam fugere. Quo circa cuꝫ præcipitur:vt nobis metipſis imperemus:hoc præcipitur:vt ratio coerceat temeritatem. Nemo enim(vt ita dicam)mediocritatem illam tenet:quæ eſt inter nimium, & parum.eſt quippe modus in rebus. Nam virtus eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens ea diffinita ratione,quæ eſt ad nos & diffinierit ipſe prudens. Itaq; curandum eſt:vt appetitum:qui impellit ad agendum: rationi obedientem præbeamus. Quapropter in fortunæ bonis,& ad voluptatem fluentibus prudens in gyrum rationis,& doctrinæ ducitur:vt perſpiceret rerum humanarum imbecillitatem:varietatẽq; fortunæ. Fortunam ergo laudare ſtultitia:& vituperare quidem ſuperbia eſt. Reprehendit enim Ariſtoteles ambitioſum, atq; hominẽ honoris appetitione vacantem illum:quia plus q̃ oportet:& vnde non oportet:honorem appetit

hunc. quoniam ne ob res quidem honeſtas honoribus affici vult. Nam virtus circa affectus: actuſq; verſatur: in quibus eſt nimium, & parum, & medium. Hoc autem medium eſt optimu3: quod eſt ipſius virtutis. Cultura autem animi philoſophia eſt: quæ extrahit vicia radicitus: medetur animis inanes ſolicitudines detrahit: cupiditatibus liberat. Sed hæc eius vis nō idem poteſt apud omnes: tamē valet multum: cum eſt idoneam complexa naturam. Cauenda eſt igitur ambitio. Nam ea corrūpit bonos mores: eripitq; tranquillitatē animi. At equidem philoſophi ſententia laudatur habitus: quo affectantur honores: cum in eo ſit mediocritas. Virtus eſt enim habitus rationi conſentaneus. Fugienda autem eſt ambitio miſerrima cupiditas: quæ eſt radix omnium malorum: vt ait Apoſtolus. Nam ea præcipue eſt maxima pernicies animæ: libertateiq; patriæ: pro qua magnanimis viris omnis debet eſſe contentio. Declarauit id temeritas Cay Cæſaris: qui omnia iura diuina, & humana peruertit propter eum, quem ſibi ipſe, opinionis errore, finxerat, principatum. Eſt enim ſuperbia, vt ait Auguſtinus. Peruerſæ celſitudinis appetitus. Qui quippe iuſtitiæ repugnat. Quo circa Pauli ſententia, non eſt enim probatus, qui ſeipſum commendat, ſed quem Deus.

Quāq̄ a nōnullis laudatur mors Lucretiæ Romanæ tamen inſania, ac amētia eſt ſe interficere. Qui quippe interitus ad infe ros ducit, prœmium enim, finiſq;, vir

tus optimũ,& diuinum quoddam,atq; beatum eſſe cõ/
ſtat. Quo circa optimum,& pulcherrimũ,& iucundiſſi
mum eſt ipſa fœlicitas. Iccirco is dicitur fœlix qui per
virtutem operatur perfectam in vita perfecta,propter/
ea vera, & ſapiens animi magnitudo honeſtum illud:
quod maxime natura ſequitur,quæ appetit eſſe, in fa/
ctis poſitum, ideſt probata vita:nõ in ſimulatione pro/
bitatis, & populi fama iudicat : optimumq; ſe eſſe ma/
uult:quam videri. Etenim qui gloria, & errore multi/
tudinis pendet : hic magnus vir non eſt habendus.op/
timus ille quidem eſt : ex ſe ſe qui omnia nouit. Qua/
propter Lucretiam Romanam : ſi pudica erat : fideſq;
coniugii animo non maculata reperiebatur:non opor/
tebat ſe necare. Non enim modo id virtutis non eſt :
ſed potius immanitatis : omnem humanitatem repel/
lentis. Nam Pythagoras philoſophorum magnæ græ
ciæ princeps vetat iniuſſu Imperatoris,ideſt Dei de præ
ſidio : & ſtatione vitæ decedere. Homines enim hac le/
ge ſunt generati hoc in globo : quæ terra dicitur : vt
ſuis virtutibus beatitudinem comparent.Finis enim vi/
tæ optimæ eſt ipſa fœlicitas. Quam ob rem niſi Deus
iſtis hominem corporis cuſtodiis liberauerit : in cœ/
lum ei aditus patere non poteſt. Nuſquam enim no/
bis diuinitus præceptum : permiſſum ue reperiri po/
teſt : vt vel ipſius adipiſcendæ immortalitatis: vel vl/
lius carendi:cauendiq; mali cauſa nobis met ipſis necem
inferamus.prohibitos nãq; nos eſſe intelligendũ eſt,vbi
lex ait diuina:nõ occides. Animi ergo elatio cognoſcit

in periculis;& laboribus. Nam omnino fortis animus, & magnus cernit nulli perturbationi animi:nec fortunæ ſuccumbere.quoniam ea : quæ eximia a pleriſq;, & præclara videntur : parua ducere ea ratione ſtabili : firmaq; contemnere:fortis animi:magniq; dicendum eſt. Et ea:quæ videntur acerba:quorum multa, & varia in hominum vita:fortunaq; verſantur:ita ferre:vt nihil a ſtatu naturæ diſcedat:nihil a dignitate ſapientis:robuſti animi eſt:magnæq; conſtantiæ. Nam fortis omnia:vt oportet:& vt dictat ratio:tolerat honeſtatis cauſa. Hæc enim ipſius virtutis eſt finis:vt inquit Ariſtoteles:quia fortis, & conſtantis animi eſt non perturbari in rebus aſperis:nec tumultuantē de gradu deiici:ſed præſentis animi vti conſilio.nec a ratione diſcedere. Nam vt adverſas res:ſic ſecundas īmoderate ferre:leuitatis eſt.præclara eſt enim æquabilitas in omni vita.& idem ſemper vultus:eademq; frons.Nam qui appetitus longius euagantur:& tanquā exultantes ſiue cupiendo:ſiue fugiendo:non ſatis a ratione retinentur.hii ſine dubio finem, & modum tranſeunt.reliquunt enim:& abiciunt obedientiā:nec rationi parent:cui ſunt ſubiecti lege naturæ.

c 34

Nemini dubium eſt:imperare ſine obedientia nihil eſſet. Nam imperium nihil valet:nec permanet ſine obedientia:qua opus eſt non ſolum in publicis:ſed etiam in priuatis rebus.Quā ob rem neceſſaria eſt ad humanā vitaz obedientia:vtiliſq; eſt ad regnandū.rex enim turcorum ſolus dn̄s, & princeps in regno ſuo:optinet:cōſeruatq;

imperium propter militum:populorũq; obedientiam: quæ cõmendata,& laudata eſt a' Romanis præcipue in militari quidem diſciplina,arteq;:quæ eſt decoꝝ,& ſtabilimentu Romani imperii.Nam poſtumius dictator ſuum gnatum:qui ſponte:non patris iuſſu ꝓgreſſus in aciem præſidio hoſtes fuderat:victoré ſecuri ferri iuſſit. Quid dicam de Tito Manlio Torquato? qui conſul Bello latino ſuum filium:qꝑ ſe ignaro:pugnaſſet:ſecuri percuſſit:q̃uis eius natus prouocatus a Duce Tuſculanoꝝ ad dimicandũ:glorioſam victoriã, & ſpecioſa ſpolia detuliſſet. Itaq; vehementer laudatur ab omnibus virtus obedientiæ,magnaq; laude eſt digna omniũ conſenſu.Etenim vero q̃ maxima gloria beatitudinis oritur ex obedientia diuini præcepti.Contraq; quot mala humano generi intulit inobediẽtia.Nam Deus creauit hominem rectum naturaru auctor. Sed primus homo a' Pythagora appellatus ſapiens:qui quippe oĩbus rebus impoſuit nomina:errauit propter inobedientiã. Quapropter a' liberi arbitrii malo vſu humana natura eſt corrupta.Quo circa ait Dauid.Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum:& in peccatis concepit me mater mea.quoniam cum pater generationis humanæ diuino præcepto non pareret:illico ſenſit nouũ motum inobedientis carnis ſuæ tanq̃ exẽplum & pœnã inobedientiæ ſuæ.quia animæ ſuam libertaté in voluptaté vertenti aduerſus diuinũ iuſſum:corpus priſtinã ſeruiturem denegauit. Dicit enim dñs in Euangelio. Spiritus quidem promptus eſt:caro aũt infirma.Inquit beatus Hierony/

mns:impoſſibile eē humanā aīam nō tentari. Quare fœlix ē ille:q potuit peccare, & nō peccauit. At qdē incidūt tēpora:cum ea, quæ maxime videnť digna eſſe iuſto homine:commutantur:& non ſeruare ſit iuſtum. in malis namq; promiſſis reſcindere:fidem decet:optimumq; eſt non parere viciis. Impia eſt enim fides:quæ ſcelere adimpletur. optima igitur obedientia verſatur circa diuinas humanaſq; res iuſtas. Petrus apoſtolorum princeps in ſua Epiſtola ait. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum:ſiue regi quaſi præcelenti:ſiue ducibus tanquā ab eo miſſis ad vindictā malefactorum:laudem vero bonorum. Quā ob rem decet hoīem amplecti obediētiæ virtutem:quæ ad vitam æternam ducit. Nam ait dn̄s in Mattheo. Si aūt vis ad vitam ingredi:ſerua mandata.

c 35

Neceſſe eſt vti prouidentia:ſi prudentes velimus eſſe, ſine enim ea non bene gubernatur reſpu. Nam partes prudē tiæ ſunt intelligentia:memoria:prouidentia:per quā futurum aliquid videtur:anteq̄ factum eſt. Quā ob rem non ignorare vaticinia virorum doctorum operæpretiū eſt: atq; vtile hiſtoriā vitæ magiſtrā ſcire. quoniam ex illis dictis:geſtiſq; de futuro facillime iudicatur:archana vero nunc loqui mihi ſenatori non licet:quæ quidē maxima forent:ſi Deus chriſtianæ reipu. non ignoſcat, procul dubio enī mutatio fortunæ:ac nouus ſtatus in chriſtiana religione erit:extincto ſimoniaco:ac tyrāno regimine. Taciturnitas vehementer laudatur. Iccirco adeo Romani magna caritate tenebantur patriæ (vt ait Vale

rius Maximus)vt archana conſilii patrum conſcripto/
rum multis ſæculis nemo ſenator enunciauerit. Nunq̃
enim taciturnitatem optimū:ac tutiſſimum adminiſtrā
darum rerum vinculū labefactari volebant cōſules. At/
tamen mihi ſenatori prohibitū non eſt de chriſtiana re
ligione vaticinari:q̄ in melioribus p̄latis erit. Nam poſt
multa bella, & calamitates:plagaſq; romanæ eccleſiæ:in
xp̄iana rep. fore nouā vitā:rege optimo imperante ꝑ di
uina fide tutāda:a' methodio:Ioachin:ac Merlino ꝓnū
ciatū eſt,clarius ſcribere nō eſt opus. Satis q̄dē eſt:me ſim
plicis veritatis amicū:minimeq; fallacē eſſe. Intelligētiæ
ergo ꝓuidētia cōiūcta multū poterit ī regēdo prīcipatū.

Tres ſunt ſpecies dominādi: Ariſtotelica ſentētia,regnū
& optimoꝝ poteſtas,atq; reſpu. Verum enim vero duæ
nationes:ſiue gentes,ideſt hebrea. & Romana floruerūt
in tribus diuerſis regnādi adminiſtrationibus. Gens aūt
iudaica antiq̄ſſima ab Abrahā vſq; ad Dauid ſub iudi
cibus fuit,a' Dauid vero:p̄termiſſo Saul rege a deo ne
glecto:vſq; ad trāſmigrationē babylonis extiterūt reges
a' trāſmigratiōe babylonis vſq; ad xp̄m ſub auctoritate
pontificū iudei fuerūt:qui ꝓpter pctā amiſerunt regnū:
vt ait Chriſoſtomus:aliiq; viri docti. Romani aūt tenue
rūt tres regnandi ordines. In primis enim fuerūt reges.
mox victa tyrānidæ regis:conſules Romanū imperiū
adminiſtrarunt. Deinde vexata, & perdita reipu. liber/
tate ob ciuilia bella:impatores fuerunt. Veneti vero pri
mis tpibus vrbis cōditæ a tribunis regebant̄. Deinceps

anno dñi ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo a populo Veneto creatus eſt Dux:ſalua reip.libertate. Qui principatus diu permanebit:donec Ariſtocratia non careat æquitate:iuſtitiaq;. Verũ.n.vero tertius titulus dignitatis fato expectat. Qui caſus noui honoris inopinatus eueniet. Cũ maximo imperio,& gloria patritioꝝ ſed q reipub.profuturi ſunt:duo Platonis præcepta teneant: vnũ:vt vtilitatem ciuium ſic tueant,vt quicqd agũt:ad eam referant:obliti cõmodoꝝ ſuoꝝ. Alterũ:vt totum corpus reipub.curent:ne dum parte aliquã tuentur:reliquas deſerant. Qui enim parti ciuium cõferunt:parte neglıgũt:rem pernicioſiſſimã in ciuitatem inducunt:ſeditionem,atq; diſcordiã:iuſtitia nãq; rempu.conſeruat. tanta enim vis iuſtitiæ eſt,vt nec illi quidem, qui maleficio,& ſcelere paſcuntur:poſſint ſine vlla particula iuſtitiæ viuere.nam iuſtitia plus quidem pollet: q̃ prudentia. Quã ob rem prudentes ſenatores oportet eẽ iuſtos. nam maiores noſtri ſapientes,& iuſti tẽperauerunt rem pu.& bonis inſtitutis,& legibus. Quid loquar de re militari nauali?in qua cum virtute noſtri ſupiores multum valuerunt:tum plus etiam diſciplina,quot præclara bella terreſtria,& naualia noſtri patres cõſcripti geſſerunt,quæ ſummis negociis:cuiuſcunq; vacuus litteris mandaui,vt poſteris ea ſint nota.

c 3

Nihil mali poſt mortem accidit bono viro.qm̃ animi immortalitas nemini quidem prudenti eſt dubia.nõ enim philoſophi ſentiũt:præcipue Pythagoras:Socrates, &

Plato

Plato mortem eſſe interitum:omnia tollentem:atq; de/lentem:ſed eſſe quãdam quaſi migrationem:cõmuta/tionemq; vitæ:quæ in optimis claris viris, & fœminis dux in cœlum ſoleret eſſe.Contrariũ eſt autẽ impiis:vt habetur Platonis ſententia in.xiii.libro de ciuitate dei. qui enim ſtultã duxerunt vitã:ad corpora ſuis meritis debita ſiue hominũ:ſiue beſtiarũ poſt obitum de proxi mo reuoluuntur. Animus vero(vt litteris mãdauit Ci/cero)humano generi datus eſt a' Deo ex ſempiternis ignibus illis,quæ ſydera,& ſtellas vocatis. Q uare ani/mus eſt calidior:vel potius ardentior:q̃ eſt hic aer craſ ſus:& cõcretus:& humidus:& caliginoſus ꝓpter exha lationes terræ:in quo nubes:& imbres:ventiq; cogunt̃. Q uã regionẽ cum ſuperauit animus:naturãq; ſui ſimi lem contigit,& agnouit:vinctus ex anima ſpirabili te/nui:& ex ardore ſolis tẽperato:ad ſydera fertur:in aſtro ſibi cõgruo requieſcens. In quo nulla re egens aletur,& ſuſtentabit̃ iiſdem rebus:quibus aſtra ſuſtẽtant̃,& alũ/tur:vt ait Cicero.q̃q̃ aũt eos:quoꝝ aut ingenio:aut vir tute animus excellit:arbitramur : quia natura optima ſũt cernere naturæ vim:tñ credendũ eſt chriſtiane ſapiẽ tiæ:quæ docet:qua in ſede maneant animi:qualeſq; ſint. expoſitores equidẽ diuini eloquii in Matthei Euange lio:vbi eſt iſta ſententia:diliges dñm Deum tuũ ex toto corde tuo:& ex tota anima tua:& in tota mẽte tua:de/clarant ex toto corde ideſt intellectu:anima ideſt volũ/tate:mente ideſt memoria:vt nihil ei contrariũ velis:ſen tias:aut recorderis.Perſpicuũ eſt igitur qui hoc in vita

D

agit:cœlum patere:vbi facilior erit animo cognitio re/
rum cœleſtium. videbit enim cõmutationes temporuꝫ
quadripartitas ad maturitatẽ frugum, & ad tẽperatio/
nem corpoꝶ aptas,eorũq; omniũ moderatorẽ, & duceꝫ
ſolem,lunãq; cum eius accretione,& diminutione lumi
nis.Tum in eodeꝫ orbe in duodecim partes diſtributo:
quinq; ſtellas ferri:eoſdẽ curſus cõſtantiſſime ſeruantes
diſparibus inter ſe motibus, nocturnãq; cœli formam
vndiq; ſyderibus ornataꝫ perſpiciet. Singularis eſt igit̃
natura, atq; vis animi maxime corpore laxati, ſeiuncta
ab his vſitatis,notiſq; naturis. Qua facie equidẽ ſit ani/
mus:ne quærendũ quidem eſt.ſic mentem hominis q̃uis
non videas,vt Deũ non vides:tamẽ vt Deum agnoſcis
ex operibus eius:ſic ex memoria rerũ,& inuentione,om
niq; pulchritudine mentis,vim mentis agnoſcito.Nihi/
lominus nõnulli equideꝫ formam:figurãq; animi quæ/
rebant,quæ digito monſtrari non põt.noſtra autẽ quæ
dicitur vita,mors eſt:ĩmo hii viuunt,qui e corporũ vin
culis euolauere in cœlũ.Nam viri optimi & pii,corpo/
ribus relictis,& cupiditatum,& æmulationum expertes
cœlũ incolunt,ſplendidiſſimo candore inter flãmas elu
cens:quem orbem lacteum nuncupant docti.

c 38

Dehumatione,& ſepultura corporis defuncti hac tẽpe/
ſtate delectant magnifici apparatus funeris cum elegan
tia,& copia.tamẽ conſulendũ eſt nihil ad mortuũ perti/
nere.in corpore enim perſpicuũ eſt:vel extincto animo,
vel elapſo:nullũ reſidere ſenſum. Quapropter cõtem/

pſerunt philoſophi pompã exequiaꝝ, & pulchrũ mo/
numentum. Etenim maximus error eſt requieſcere in ſe/
pulchro mortuũ. Nam vir ꝓbus in occultis pioꝝ ſedi/
bus eſt quietus. Carnis vero, & membroꝝ oĩum refor/
matio non ſolũ ex terra, ſed etiã ex alioꝝ elementoꝝ ſe/
cretiſſimo ſinu: quo dilapſa cadauera receſſerũt: in tpis
puncto, & momento reddenda, & reintegrãda ꝑmittit.
Enim vero ſumptus ſepeliendi magnus nõ ꝓdeſt. Quã
ob rem nihil eſt enim: qđ tam deceat, q̃ in oĩ re ſeruare
modeſtiã, & tẽperãtiã, in qua virtute reꝝ modus cernit.

c 32

Inſanire mihi videt: qui nõ credit eſſe purgationis locũ
humanis animis. qa cum peccata nõ ſint æqualia: crucia
tus non ſunt pares. q̃uis enim nullũ ſcelus impunitũ ſit
apud Deum: tñ diuina iuſtitia oĩa delicta non caſtigat
æternaliter: ſed quædã punit ob iuſtitiam per tẽpus ab
ipſo cõſtitutum. qm̃ pœnã peccato rñdere iuſtitia po/
ſtulat, aliter eſſet iniuſtitia: quæ iuſta eſſe nõ põt. Nemo
vero ſine peccato eſt. ait. n. ſacra ſcriptura: oĩs homo men
dax: nemo bonus, niſi ſolus deus: qm̃ ſæpiſſime appeti/
tus rationi nõ paret. Quã ob rem nemo hac in vita mor
tali eſt bonus. Quapp in orõne dñica dr: dimitte nobis
debita nr̃a. qa ꝓpter ſenſualitatẽ rõni non obedientẽ, &
ꝓpter pniam delicti hõ orat, rogatq; Deũ. qui etiam ob
humanã fragilitatẽ rogat in eadẽ oratione, & ne nos in
ducas in tentationẽ. Vnuſqſq;. n. tentat a cõcupiſcentia
ſua: qđ non fieret: niſi deus ꝑmitteret libero arbitrio. Ni
hil. n. fit: niſi quod aut ipſe facit: aut ꝑmittit fieri. Nam

platonici ſenſerunt:mentem ſibi lumen eſſe non poſſet: ſed alterius veri luminis participatione lucere:quod eſt Deus. Enim vero natura incorporei:& incōmutabilis luminis:niſi recta mente cōprehendi poteſt. Itaq; poſt obitu3 enim aīa purgata per tēpus a' Deo determinatū ad cœleſtem domū migrat. Magnus eſt igit' error non eſſe locū pœnæ non perpetuæ humanis animabus. quia peccata quædā ſm iuſtitiā ſunt digna pœna nō æterna.

Prauus & peſſimus homo eſt: qui exiſtimat non oportere orare pro defunctis. Nam dicit impius animā ſtatim iudicatā eſſe a' Deo: cum a' corpore diſcedit. Quare impius, & iniquus in apertiſſima inſania eſt. Q m Deus ſm præſcientiā ſuam æternā: quæ falli non pōt: iuſtitiā facit. Iudicat.n. animā de præteritis: ſed etiā de futuris: vt ſapiens exiſtimat, quia humanā enim naturā pro defunctis orantē: præuidet: & videt orationes ꝑ mortuis ab eccleſia, & hoibus fieri Deus. ꝑpterea peccatū hominis aut eſt dignū æterna pœna: aut non ꝑpetua. Iccirco preces, & elemoſynæ poſt mortē proſunt mortuis non perpetue dānatis. Quā ob cām orandū eſt pro defunctis: maxime pro cōiunctis. Nullū enim officiū referēda gratia magis neceſſariū eſt cæterū mortuoꝝ funera: officioſa pietate: curata diuinæ bonitati placent. Q uāto magis gratū eſt Deo: facere elemoſynā viuentibus pro defunctis. Bn̄facta male locata maleſacta arbitror. deus quidē: in cuius diſpoſitione iam tēpora facta ſunt: omnia præſciuit. Q uare oratio, & elemoſyna proſunt vi

uentibus:ſi anima ſit beata:aut perpetuæ condemnata: quia diuina iuſtitia poſtulat nihil fieri fruſtra. nullum enim bonũ irremuneratũ:nullũq; malũ impunitũ.

c q i

Mala iuris cõſuetudo vitanda:rationiq; poſtponẽda eſt. Nam cum aliquid cõtingit:quod legiſlator omiſſit:id emendat æquo,& bono:qa natura ipſius æqui, & boni eſt emendatio legis ea ex parte:qua ob vniuerſale deficit lex. Naturale enim ius eſt:quod vbiq; vim habeat eandem & nõ quia videt:& non videt. legitimũ vero:cum poſitũ fuerit:refert:quale eſt,& nõ eſt difficile ea:de quibus leges dictitant:intelligere. Verum ciuilis ſcientia cæteris actiuis ſcientiis vtitur,& leges fert,& inſtituit:quid quiſq; agere,& a quibus abſtinere debet. Quã ob rem cæterarũ omnium facultatũ cõtinet fines:quo fit:vt iuris diuini:humaniq; finis ſit bonũ ipſum humanũ. Quã ob cãm praua mali iuris cõſuetudo repudianda eſt,cognoſcere igitur iuſtum,& iniuſtũ ſummæ eſt ſapientiæ. Quæ autẽ partes corporis ad naturæ neceſſitatẽ datæ:aſpectũ eſſent deformẽ habituræ:atq; formã:eaſq; contexit:atq; abdidit. Aptiſſime quidẽ ſunt arma hoĩs:artes:exercitationeſq; virtutũ:quia cõſcientia bene actæ vitæ iucundiſſima eſt. Quoniã ex ſplendore virtutũ boni viri nominantur. enim vero vera, & ſapiens animi magnitudo honeſtum illud quod maxime natura ſequit:in factis poſitum nõ in gloria iudicat:principeq; ſe eſſe mauult:q̃ videri. Itaq; ſuum quiſq; noſcat ingeniũ:acreq; ſe viciorũ, bonorũ ſuorũ iudicem præbeat. decorũ eſt igitur id agere:

quod cōſentaneum ſit hominis excellentiæ in eo: in quo natura eius a' reliquis animantibus differat.

c 42

Conſultāduꝫ eſt de iis rebus agendis: quæ in noſtra ſunt poteſtate. Non enim quiſqꝫ de eo cōſultat: quod factū, & peractum eſt: ſed de futuro: ac cōtingente cum intellectu rationali. Nam de futuris rebus & ſi ſemꝑ difficile eſt dicere: tñ interdum cōiectura poſſumus ꝓprius accedere. Cum enim res eſt eiuſmodi: cuius exitus ꝓuideri poſſit: prudentia enim nō vacat ꝓuidentia. ſed in humanis ars oratoria vtilis eſt. Non enim parū fructus habet copia dicendi, & cōmoditas orationis, ſi recta intelligentia & definita animi moderatione gubernet'. ſed philophia magni æſtimāda eſt. Nulla enim vitæ pars neqꝫ publicis: neqꝫ priuatis in rebus vacare officio pōt. omnis enim de officio duplex eſt quæſtio. Vnuꝫ genus eſt: qđ pertinet ad finem bonoꝝ. Alterū, qđ poſitū eſt in præceptis. quibus in oēs partes vſus vitæ confirmari poſſit. Motus animoꝝ duplices ſunt. alteri cogitationis. alteri appetitus. ſed virtus circa affectus: actuſqꝫ verſatur. omnis ergo adhibenda eſt cura: meditatio: & diligentia: ne indecore aliquid fiat.

c 43

Dubitare de diuinitate inſipiētia eſt. qm̄ philoſophi platonici ſupra oēm aīæ naturā confitent' deū: qui non ſolū mūdum iſtū viſibilē: qui ſæpe cœli, & terræ noīe nuncupat': ſed oēm ēt oīno aīam fecerit: & qui rōnalē, & intellectualē: cuius generis aīa humana eſt: participatiōe ſui

luminis incõmutabilis,& ĩcorporei beatã fecerit.Nã Plato phoꝝ princeps dei huius imitatorẽ:cognitorẽ:amatorẽ dixit eẽ ſapientẽ:cuius ꝑticipatione eſt beatus.etenĩ ei ſoli ait Plato id euenire poſſe:q̃ notitiã dei hẽat:& imitationẽ:nec eſſe aliã ob cãm beatũ.itaq; inſania,& ſtultitia eſt,inueſtigare,q̃d ſit deus.qm̃ nemo diuinã plenitudinẽ:ac magnitudinẽ cõprehẽdere põt.ipſuȝ.n.q̃d deus eſt:videri nõ põt:niſi tm̃:q̃tũ ipſe vult.Deũ.n.nemo vidit vnq̃.ſapiẽtia vero dei:per quã facta ſunt oĩa:in aĩas ſãctas ſe trãſſert:& amicos dei:& ꝓphetas cõſtituit:eiſq; opa ſua ſine ſtrepitu intus enarrat: Deus ſolus hẽt eſſẽ perfectũ.Illud.n.ꝑfectũ eſt:cuius nihil eſt extra ipſum. Cum phs ꝑfectũ ſimplr̃ vocat:qui p ſe ſemp eſt:& nũq̃ ob aliũ expectandus:qui deus eſt.id aũt q̃ppe maxime hẽt eſſe:q̃d maxime diſtat a' nõ eſſe:nec põt cogitari nõ eſſe.Deus.n.ſolus:q exordiũ non hẽt:veræ eſſentiæ nomen tenet:qm̃ Deus tantũ eſt:qui non nouit fuiſſe:vel futurũ eſſe. Nam cauſa reꝝ:quæ facit:nec fit:Deus eſt. aliæ vero cauſæ & faciũt,& fiunt,ſicut ſunt omnes creati ſpiritus,& maxime rationales. Itaq; Deus eſt:q̃d creatum nõ eſt:& omniũ eſt creator:peccatũ enim nihil eſt. Nam peccare circa defectum videt̃:vt ait Ariſtoteles a Cicerone platonico traditur Deum eſſe æternum: qui hunc mũdum regit:& moderatur.At quidem qui vere eſt:qui incõmutabiliter eſt:ab omnibus Deus vocatus eſt.Nam nulla eſt principio origo:& a' quo oriunt̃ omnia:ideſt a' Deo:quod eſt verum,& ſimplex,& incõmutabile,& bonum.Inuiſibilia enim Dei ideſt ſempiterna

diuinitas:ac eius virtus a' philoſophis per ea:quæ facta ſunt:intellecta, & cõſpecta fuerunt.opus igit̃ eſt:ac ex/pedit:ſi vere Deũ cognoſcere velimus:memoriæ mãda/re verba dñi ab Ioãne Apoſtolo ſcripta. Ego ſum via, & veritas, & vita. Philippe qui videt me:videt & patrẽ. Magnæ ergo cæcitatis eſt,querere,quid ſit Deus, & qs Deus ſit.ipſe enim eſt Deus cuius ꝓphetæ prædixerunt ea:quæ cernimus eſſe cõpleta.ipſe eſt Deus:cuius diui nus ſpiritus per prophetas locutus eſt.ipſe eſt deus:de quo per totum terraꝝ orbẽ E uangelium p̃dicat ſanctũ.

Mala mortaliũ(vt arbitror)opinio eſt Deũ non cogno/ſcere humanas actiones.qm̃ oĩa ei nota ſunt:præterita, præſentia,& futura.Q ui nihilominus oĩa ſimul ſemp̃ videt.Q uare attribuit̃ Deo prudẽtia,quæ eſt oĩum re rum ſcientia:cuius p̃tes ſunt memoria:intelligẽtia:ꝓui/dentia:ſine q̃bus ipſa humana natura ex anima rõnali, & corpore cõpoſita ſe regere non põt:quæ aut in animo tantuꝫ:aut in animo,& actione ſimul peccat.Q uod tñ peccatũ oritur a' libera volũtate humana.Q uã non co git præ ſcientia Dei,ſed cognoſcit. Solus enim deus eſt animoꝝ hominũ cognitor,& ſcrutator cordis:ac oĩum futuroꝝ præſcius.præſciẽtia enim de futuris dicit̃:quæ etiam ꝓuidentia appellari põt:per quã futurum aliq̃d videtur:anteq̃ factum eſt. Nam dicimus Deũ ſcire oĩa: anteq̃ fiant,'& volũtate nos facere:quicq̃d a' nobis non niſi volẽtibus fieri ſentimus, & nouimus.Quãuis enim Deus omnia ab æterno præſciuit:quæ futura erant tam

bona,q̄ mala:tamen quæ mala præſciuit:non eſt ipſe fa
cturus,vnde Ioānes apoſtolus inquit.& ſine ipſo factū
eſt nihil. Non ignorabat equidē Deus hominē pecca/
turum:ſed præuidebat etiā gratia ſua populum pioruꝫ
in adoptionē vocandum,remiſſiſq; peccatis:iuſtificatuꝫ
ſpū ſancto ſanctis angelis in æterna pace ſociandū eſſe.
Cā vero beatitudinis angeloꝝ bonoꝝ ea veriſſima repe
rit̄:ꝙ ei adhærent:qui ſūme eſt. Sentio igit̄ur ꝑſcientiā
dei nihil nocere volūtatis arbitrio:& īferiora cognoſceř.

c. 75

Quæritur:an omnes hoīes in nouiſſimo die ſalui ſint.
Quod facile crederet̄ ob īmenſam:ac inueſtigabilē
Dei miſericordiam:niſi homo in ſpiritu ſancto peccet.
Nam in Mattheo Apoſtolo ſcribitur. Verbū domini
quod eſt.Qui autē dixerit cōtra ſpiritum ſanctū:non re
mittetur ei neq; in hoc ſæculo:neq; in futuro.Qua ſnīa
diuina:& auctoritate delet̄ opinio Origenis:qui dixit
poſt conſumationē ſæculi omnes peccatores veniā fore
conſecuturos.q̄q̄ enim apud Deum oīa poſſibilia ſunt:
tamen ꝓpter diuinā iuſtitiam:in qua virtutis ſplendor
eſt maximus:impoſſibile eſt hominē impœnitentē ſal/
uari.Quia ſpiritus blaſphemiæ nō remittetur.ipſa eniꝫ
impœnitentia(vt ait Auguſtinus)eſt ſpiritus blaſphe/
miæ. pœnitentia autē impetrat veniam hoc in ſæculo:
quæ valeat in futuro.gratia enim Dei non eſt iniuſta:
& iuſtitia non eſt crudelis. Nam manſuetus & mitis:ac
clemens eſt Deus:qui tamen vacat ꝑturbationibus. Ait
enim pſalmus. Iudicabit orbem terræ in æquitate,& po

pulos in veritate ſua. Nam in Mattheo Apoſtolo me/
moriæ tradit̃ diſcedite a me oẽs,qui operamini iniqui/
tatem.Deus equidẽ naturaq; auctor rectum creauit ho/
minẽ:qui ſponte deprauatus iuſte condẽnetur.qa deſe/
rit Deũ lucem verã:quæ illuminat oẽm hoĩem venientẽ
in hunc mundũ:propter peccatũ ſibi placitũ:quod ex
intellectu manat rõnali:qm̃ virtus eſt animi habitus na
turæ modo:atq; rationi cõſentaneus.Itaq; oẽs talem ha
bitum dicunt iuſtitiã velle:quo hoĩes apti ſunt ad res iu
ſtas agendas,& quo ius agunt,& volunt iuſta.ꝑpterea
in laudibus Dei dictũ eſt:oĩa in menſura,& numero,&
pondere diſpoſuiſti. Etenim quicqd peccat̃:ꝑturbatio/
ne peccat̃ rationis,atq; ordinis.Cuȝ vero Deus homini
dederit animũ:quo nihil eſt p̃ſtantius:neq; diuinius:pu
tandũ eſt inter hominẽ:atq; inter quadrupedẽ aliquid
intereſſe.Nam ab hoĩe ſolo appetendũ eſt ſummũ bo/
num per ſe expetibile:quod Deus eſt. Quẽ qui diligit:
& eius præcepta ſeruat eſt beatus.Nã beatus Deo fruit̃:
ſubſiſtens modificat̃:contẽplans illuſtrat̃:inhærens io/
cundat̃:eſt:videt:amat:in æternitate dei viget:in veritate
Dei lucet:in bonitate Dei gaudet. Quãuis enim quidã
confitent̃ ſe ſcire Deum:tñ factis,& operibus eũ negant;
Quapropter rem ꝑnicioſiſſimã in ſuam ſalutẽ inducũt.
qm̃ opus eſt fide:quæ actionibus cõprobat̃ bonis.Phi/
loſophi quidem aiunt:oẽs certe beatos eſſe velle.ſi nihil
ſit,qđ ad beatitudinẽ ducit:q̃ bene,beateq; viuere:qđ eſt
ſm̃ animi virtutẽ viuere(vt ait Plato)quo mõ homo ve
lit ſe beatũ eſſe:ſi non bene:beateq; viuat.Contẽplator;

veritatis inquit ſiuem humanæ vitæ eſſe fœlicitatem:quæ virtus a' nonnullis dicit',vt inquit Ariſtoteles. Quid eſt enim libertas?poteſtas viuendi vt vult homo. Quis vi uit:vt vult:libere?niſi qui recta ſequitur. Nam qui malæ volũtatis eſt:non liber:ſed ſeruus eſt peccati. Itaq; nemo beatus:niſi qui diligit Deu3:ex quo bene viuit:ac eius mandatis paret:cui nihil deeſt ad beate viuendũ. Bene aũt viuere:beneq; agere,& fœlicẽ eſſe:eandem eſſe putat Ariſtoteles.profecto nil eſt aliud bene,& beate viuere: niſi honeſte,& recte viuere. Quis eſt ille,qui hanc vitã agat? voluptas,quæ plurimoꝝ patrociniis defendit':in bono habenda nõ eſt.eaq; quo maior eſt:eo magis men tem ex ſua ſede,& ſtatu dimouet. Quã ob rem oĩa ſua ſecum portat homo. Quocirca iudicati ſunt ſinguli ſcḋm vitam ſuam a' Deo virtutum domino.

c 96

Non ꝑdeſt homini peccare:imo detrimentũ eſt.qa pctm̃ maximũ eſt malũ,qḋ priuatio boni dr̃. Nã pctm̃ huma næ naturæ plus nocet,q̃ ægrotatio corpi,qm̃ inſanitas mẽtis prior eſt corpis inualitudine.qui.n.peccat:inſanus eſt.qui.n.aĩus eſt in aliquo pturbationũ morbo, & mẽ tis ægritudine:quã pħi appellant inſaniã:non magis eſt ſanus:q̃ id corpus,qḋ in morbo,& ægrotatione eſt. Nã morbus aĩ eſt motus animi rõni nõ obtẽperãs. Itaq; ſani tatẽ aĩoꝝ poſitã eſſe in intellectu nõ pturbato,& tranql litate quadã,atq; cõſtantia pħi cenſebant,quia ægritudo perturbatio eſt animi. Queadmodũ.n.oculus cõturba tus nõ eſt ꝑbe affectus ad ſuũ munus fungendũ,& reli-

quæ ptes:totũ ue cõrpus ſtatu cuꝫ eſt motũ:officio ſuo:
& muneri deeſt:ſic cõturbatus animus nõ eſt aptus ad
exequendũ munus ſuum.Munus aũt animi eſt ratione
bene vti.omnis nãqꝫ animi cõmotio exire ex mentis po
teſtate videt᷑:cum peccat:cui regnũ totius animi à natu
ra tributũ eſt.Viri ergo ꝓbi,& ſapientes pati malũt oẽs
cruciatus:atqꝫ tormenta,q̃ peccare.Nam viri optimi,&
religioſi:inter alia iniqua,& crudelia:decem romanorũ
perſecutiones atrociſſimas ſuſtinuerũt ꝓpter diuinam
fidem,quia hæc quæ dicit᷑ vita:mors appellari põt.qm̃
peccatũ:quod non caſtigat᷑ hac in ætate mortali,vltimo
iudicio reſeruat᷑.Nulla eſt igit᷑ homini cã philoſophã-
di:niſi vt beatus ſit:quod vero beatũ facit:ipſe eſt boni
finis,qui eſt Deus ſummũ bonum:qđ fit hõ beatus:qa
vt vita carnis anima eſt:ita beata hoĩs vita Deus eſt.

c 47

Quãq̃ mundus principiũ habuit à Deo creatus:tamẽ
non dicit᷑ diuinã voluntatẽ mutari. Ait.n.pſalmus
mutabis ea,& mutabunt᷑.tu aũt idem ipſe es. Eſt.n.bo-
num ſolũ ſimplex:& ob hoc:ſolum incõmutabile:qđ
Deus eſt. Inqt Iacobus apoſtolus.apud patrẽ luminũ
non eſt trãſmutatio:nec viciſſitudinis obũbratio.volun
tariæ.n.genuit nos verbo veritatis:vt ſimus initiũ aliqđ
creaturæ eius:ſtoici eũ appellant voluntatẽ:quæ quid cũ
rõne deſiderat.omnia porro in ſapiẽtia diuina ſunt facta
propterea quod legit᷑ in geneſi.vidit Deus,quia bonuꝫ
eſt.intelligit᷑ operis approbatio ſm artem facti,quæ ſa-
pientia Dei eſt. At quidem impii, & inſcii aiunt: quid

placuit æterno Deo:tunc face re cœlum,& terram:quæ antea non feciſſet. Mundus quidẽ cum tpe factus eſt. In æterna aũt creatoris ſapientia. Nam in pſalmo dr̃. oĩa in ſapiẽtia feciſti, oĩa vero ſũt per illũ: ita in illo facta ſunt. Quare Deus in mundo faciendo nullã mutauit volũ tatem, quia in re: circa quã operat̃: eſt aliqua mutatio ad eſſe non eſſe. qm̃ ſine ſui mutatione cunctas cõdidit na/ turas. Deus eſt. n. veritas. qa ſemper eſt: quod eſt. quod Cicero platonicus ſentit. qm̃ in eius æternitate nulla eſt mutatio: nec alteratio. Quod. n. mutat̃: nõ ſeruat ipſum eſſe idem: & qđ mutari põt. etiam ſi non mutet̃: põt: qđ fuerat: nõ eſſe. Quare ignorant: qui cogitauerũt p̃terita tpa apud Deum: qui nulli rei vacaret: cui oĩa ſunt præ ſentia: cum tẽpus nullũ ſit ante mũdum. Nam in eius cõ ditione, & cõſtitutione factus eſt mutabilis motus. qm̃ tempus ſine aliqua mobili mutatione nõ eſt. Vnde tp̃s eſt menſura motus. Plato quidẽ philoſophoꝝ princeps auſus eſt dicere: elatũ eſſe ſcilicet Deum gaudio mundi vniuerſitate pfecta. Nam cum rõne animus mouet̃ pla/ cide: atq; cõſtanter: tum illud gaudiũ dicit̃. Enim vero decipiebat Plato: ſi putaret Deũ ſui operis nouitate fa ctum beatiorẽ: ſed ſic oſtendere voluit artifici ſuo pla/ cuiſſe iam factũ: quod placuerat in arte faciendũ: non qꝛ vllo modo Dei ſcientia varietur: vt aliud in eo faciant: quæ nõdum ſunt: aliud: quæ iaʒ ſunt: aliud: quæ fuerũt. Non. n. more noſtro ille vel qđ futuruʒ eſt: pſpicit: vel qđ pñs eſt: aſpicit, vel qđ p̃teritũ eſt reſpicit: ſed alio mõ quodã a noſtraꝝ cõſuetudine cogitationũ longe: alteq;

diuerſo.ille quippe nõ ex hoc in illud cogitatione mu/ tata:ſedoĩno incõmutabiliter videt:ita,vt illa quidem,q̃ tpaliter fiunt,& futura nõdum ſint:& p̃ſentia iaȝ ſint,& præterita iam nõ ſint.ipſe vero hæc oĩa ſtabili:ac ſempi/ terna præſentia cõprehendat.hæc ait Auguſtinus in.xi. libro ciuitatis Dei.Hoc igit̃ nemini ſapienti dubiuȝ eſt. Deum incõmutabilẽ, & impermutabilẽ eſſe. Veritas.n. lucet ipſa per ſe.quicqd.n.factũ eſt:vita erat in illo:vt di cit Auguſti.in Ioãnis expoſitione,ideſt vita erat in illo.

-c 48

Magna eſt arrogantia cõtemplare ſupra quintã eſſentiaȝ. ex hoc enim error naſci põt.quia nemo a' ſeipſo ſapiens eſſe põt:niſi a' Deo illuminetur:quo nihil maius,& me lius cogitari põt.quod enim præclarũ:idem eſt arduũ. Tu quis es,ignoras.quoniã qualis ſit animus:ipſe ani/ mus neſcit. Cum enim dicit̃:noſce te, hanc non habet vim,vt mẽbra noſtra,ſtaturam,figurãq; noſcamus.neq; enim corpora ſumus, ſed intelligit̃ noſce animũ tuum. Nam corpus quidẽ quaſi vas eſt animi:aut aliquod re/ ceptaculũ ab animo tuo quicqd agitur:id agitur a' te. Natura porro oẽs ea,quæ bona videntur:ſequũtur:fu/ giuntq; cõtraria.Quã ob rem ad bonũ adipiſcendum impellit ipſa natura.Itaq; cum philoſophia ex rationũ collatione conſtet:oĩa adiumenta,& auxilia ab ea peta/ mus bene viuendi.qm̃ nihil ſine ratione recte fieri põt. etenim diuina ſcientia docet, & explanat:qd faciẽdum: fugiendũq; ſit.ita fit,vt ratio præſit. Appetitus vero ob/ temperet,qui rapit hominem huc,illuc.q̃q̃ igitur vim &

naturam diuinam eſſe contēplant oēs,qui eſt ſpiritus nō creatus,& viuificat oīa:creatorq; eſt omnis corporis,& oīs creati ſpiritus:tñ ſtultitia eſt inueſtigare ſupra quintam eſſentiā.vtile eſt aūt naturā animi ꝓpriam:atq; vim exercere in optimis ſcientiis,atq; virtutibus, q̄ illuſtrant hac in vita hominem,& in altera.

Fortitudo virtus pro æquitate pugnat,atq; pro diuina fide.Nam fidelis eſt animi,magnæq; cōſtantiæ:nihil a' ſtatu fidei diſcedere:rationeq; naturæ:quæ quippe ſummopere pollet.ſine enim ea nihil valebit intelligentia. Scientia nāq; remota a' Dei fide calliditas potius appellanda eſt,q̄ ſapiētia.Quo circa philoſophi quidam errarunt: qui temeritate oīa regi autumabant.Quidā aūt philoſophi dicebant fortunā:ſaxi ad inſtar globoſi,eſſe volubilem.ideo aiebant eſſe volubilē.quia quo ſaxū impulerit ſors:eo cadere fortunā autumāt. Qui error prauus,& impius eſt.Nā regiť mūdus a' diuina ꝓuidentia:cuius iuſtitia oībus nō eſt nota. Qm̄ bona fortunæ & mala ꝓbis,& īprobis cōia ſunt.In huius.n.mortalitatis erūna quot,& quātis abūdet malis,& incōmodis humana natura,nemo enumerare pōt. Tamen intereſt non qualia, ſed qualis quiſq; patiať.nā pari motu exagitatū,& exhalat horribiliter cænū,& ſuauiter fragrat vnguentū.ꝓbus nāq;,& pius vir officio rationis vtiť,in contēnenda fortuna,& morte.quod ad fortitudinē attinet.Nā ſi paſſiones aīæ,ſiue animi ꝑturbationes,& corpis ægrotationes: ægritudineſq; cōſiderare velimus opus eſt fortitudine.

Cum duæ leges nec abrogatæ,nec derogatæ diſcrepent inter ſe.&c ita diſſentiant:vt altera iubeat:altera eãdem rem vetet:potius parendũ eſt legi:quæ in repu.conſeruanda vtilior eſt.Quã ob cãm magis ꝓdeſt reipu.lex quæ imperat,vt ſit electus bonus.& prudens patritius in regenda ariſtocratia:q̃ ea lex rẽpu.adiuuat:quæ ꝓhibet ſuffragiũ dari optimo viro magiſtratũ roganti:orãtiq; ob ſuã humilitatẽ,quæ eſt virtus.Nam ait dñs.Beati mites:qm̃ ipſi poſſidebunt terrã. Mites vero(vt ſentit Auguſtinus)ſunt:qui cedunt improbitatibus,& nõ reſiſtunt in malo,ſed vincunt in bono malũ.Itaq; iuſtitia reip.cõſeruatrix,in qua virtutis ſplendor eſt maximus, ex qua boni viri nominant̃,eſt habitus animi rationi cõſentaneus:cõmuni vtilitate cõſeruata:ſuã cuiq; tribuens dignitatẽ.Quã ob rem officiũ eſt enim ſenatns in diſtributione honoris ſemꝑ ſequi probitatẽ,& ſapientiã viri: qui rempu. gubernat.Nemo enim bonus eſt patriæ rector,& cõſeruator:niſi ſapiens,& probus.Nam reprehẽditur a' philoſopho homo ambitioſus.q̃a plus q̃ oportet,& vnde nõ oportet:honorẽ appetit.Nec enim ambitione dominante,iuſtitiæ locus eſt oĩno.nullũ.n.ſcelus: nullum magnum facinus eſt:ad quod ſuſcipiendũ non ambitio impelleret.hinc enim reip.ſeditiones,diſcordiæ ortæ ſunt,atq; reꝝ publicaꝝ euerſiones.Itaq; æquum,& bonũ eſt obſeruare,& nõ negligere leges,quæ caſtigant, & puniunt:qui munera dant.In magiſtratuũ petitionibus & ſuffragationibus.hoc enim hoĩum genus reipu. peſtiferũ eſt:atq; magna pernicies.Nam corrũpunt bonos mores

nos mores

nos mores,& muneribus pecunias ꝓfundunt. ſubornãt enim comitia: quibus creatur magiſtratus. Quare Ariſtoteles vehementer nos reprehendit, qui has effuſiones pecuniarum non admiremur, quæ fiunt ad multitudinẽ deliniendam. Vtile igit' reipu. eſt, & honeſtũ ſapientẽ cunctis ſuffragiis laudari a' patritiis. Qui quippe ius cuſtodit humanũ nõ contrariũ iuri diuino, & naturali. Quod non opinio genuit: ſed quædam innata vis inſeruit. Ius enim humanũ a' Deo: naturaq; ꝓfectum cõſtat ex lege: moribuſq;. Lege ius eſt, quod aut principis: aut reipu. iuſſu ſancitũ eſt. Conſuetudine aũt ius eſt id, quod ſine lege æque: ac ſi legitimũ ſit: vſitatũ eſt. Etenim lex iubet vniuſcuiuſq; virtutis viuere ratiõe, & vetat vitii cuiuſuis viuere mõ. Nec non legitima, quæ ad publicã pertinent diſciplinã: ea ſunt, quæ virtutẽ totam efficere poſſunt.

Temperantia circa corporis volupta tes verſat': quæ quidem (vt ait Ariſtoteles) & cæteris animalibus ſunt cõmunes. Intẽperantes enim gaudent voluptatibus: quæ fiũt per delectationẽ cibi, & potionis, atq; res venereas. Corpori vero ſubueniendũ eſt. ſed tamẽ tantũ cibi, & potionis adhibendũ, vt reficiantur vires: non opprimant'. Nemini cenſeo fore dubiũ: quin tam diu: dum ita gauderet voluptate corporis: nihil agitare mente: nihil rõne, nihil cogitatione cõſeq poſſet. quocirca eſt tã deteſtabile: tãq; peſtiferũ, q̃ voluptas. ſi q̃dẽ ea, cũ maior eſſet, atq; lõgior: oẽ aĩ lumẽ extingueret. Impedit. n. cõſiliũ voluptas rationi inimica: ac mentis (vt ita dicã) ꝑſtringit oculos: nec

habet vllum cuꝫ virtute cõmertiũ. Quã ob rem dñs ieiu-nio non indigens per exẽplum ſobrietatẽ nos docuit. Ie-iuniũ nãq; quod naturã conſeruat, & vicium domat cõ-cupiſcentiæ: bonuꝫ eſt. venter enim, & genitalia ſibimet ipſis vicina ſunt: vt ex ꝓpinquitate membroꝝ cõſœde-ratio intelligat̃ vicioꝝ. Temperantia ergo, oĩſq; ſedatio perturbationũ animi cernuntur in hominis excellentia: qua natura eius a' reliquis animãtibus differat. Neq;.n. ita generati a' natura ſumus: vt ad æpulas, & voluptates venereas facti eſſe videamur: ſed ad temperantiã potius, & modeſtiã, rerũq; modũ: ex quo elucebit omnis cõſtan-tia: oĩſq; moderatio. Nam q appetitus lõgius euagant̃: tanq̃ exultantes: non ſatis a' rõne retinent̃: cuius officiũ eſt hãc habere vim: q̃ deducit ad cõuenientiã: conſerua-tionẽq; naturæ. Quã ſi ſequemur ducẽ: nunq̃ oberrabi-mus. Nã rõ docet, & explanat: qd faciẽdũ: fugiẽdũq; ſit.

Fructuoſior ad claritatẽ ſalutis: aptiorq; ad amplitudineꝫ virtutis eſt eoꝝ vita: qui in veri inueſtigatiõe, & Dei de-lectione verſant̃, q̃ eoꝝ vita: qui ſe ad fortunæ bona accõ-modant. Nam cõtẽplatores veritatis (vt ait Plato) ea: q̃ pleriq; vehementer expetunt: de qbus inter ſe deglãdia-ri ſoleant, cõtemnunt, & pro nihilo ducunt. ſciunt enim: q̃ amabilem eſſe dñm virtutũ. ex quo verus exardeſcit amor. ꝓpterea tranqllitas aĩ, & ſecuritas eſt illis: q fortu-nam non laudant, atq; cõmendant bonũ ipſum id eſſe: qđ oẽs appetunt: qđ quippe natura rõnalis appetit: nõ voluptuoſa. Neq;.n. vnq̃ ego pecunias: neq; tecta ma-

gnifica:neqꝫ opes:neqꝫ impia:neqꝫ eas,qbus maxīe qdaꝫ aſtricti ſunt:voluptates in bonis eſſe duxi.quæ.n.eſſe in hoīe dicunt̄ bona:hæc pinde ſunt,vt illius aīus eſt:qui ea poſſidet.Intereſt.n. plurimū : qualis ſit vſus earum: quæ dicuntur ſecundæ vel earum,quæ aduerſæ vocantur.Nam probus ſecūda fortuna nec extollitur nec aduerſa frangitur.Improbus aūt ideo huiuſcemodi infœlicitate punit̄:qa fœlicitate corrūpitur. Virtus enim eſt cōſentiens cum rōne,& ppetua cōſtantia. Facilior igit̄, & tutior,& minus aliis grauis:aut moleſta vita ē phoꝝ: quoꝝ ipſum nomē:ſi latine interpretemur:amorē ſapiētiæ pfitetur.Actus.n. & opationes animæ circa animaꝫ eſſe ponit phus:q̄uis enim magna ſunt actiuæ vitæ merita:tamē contēplatiuæ potiora.Quapropter digni ſunt laude:qui ſapiētiæ ſtudeant.res nāqꝫ humanæ fragiles, caducæqꝫ ſunt. Itaqꝫ omnino eſt amans ſui virtus.optime enim ſeipſā nouit:quāqꝫ amabilis ſit,intelligit. porro ſi ſapientiam profitemur, & ſapientia Deus eſt per queꝫ facta ſunt omnia:ſicut diuina auctoritas:veritaſqꝫ monſtrauit : verus philoſophus eſt amator Dei : illud odioſum eſt:ꝙ in elatione, & magnitudine animi facillime nimia cupiditas principatus innaſcitur. Quā ob rem difficile eſt ſeruare æquitatem,quæ eſt iuſtitiæ maxime ppria.neqꝫ enim unquaꝫ expletur:nec ſatiatur cupiditatis ſitis:neqꝫ ea ſolum,quæ habent libidinē augendi cruciantur,ſed etiaꝫ amittendi metu. Sunt enim iſta non naturæ rationalis uitia,ſed culpæ.Natura enim omnes ea:quæ bona uidentur:ſequuntur:fugiuntqꝫ cō

traria. putamus enim eam voluntatem eſſe in ſapiente, quæ ſic diffinitur. Voluntas eſt: quæ quid cum rõne deſiderat. Quæ aũt ratione aduerſa incitata vehemẽtius: ea libido eſt, vel cupiditas effrenata, quæ in omnibus ſtultis inuenit̃. Infinita enim habendi cupiditas bona fortunæ animũ torquet, & libidines dies: noctesq́; mentem cruciant. etenim, vt eſt in corpore viſus: ſic eſt in aĩa mẽs. Mentis vero quæ contẽplandi eſt principiũ: eſt cognoſcere bonũ: ac malum, verũ, atq; falſum. Actiuæ aũt mentis veritas eſt cõſentanea appetitui recto. põt enim quicq̃ eſſe abſurdius: q̃ quo minus vitæ reſtat: eo plus viatici querere? Quis appropinquationẽ mortis: quæ certe a vita non põt longe abeſſe: conſideret? quis omnia ſunt habenda in bonis: quæ ſiũt ſm naturã: nihilominus mors: quæ non extinguit animum ĩmortalem: terribilis eſt iis: quoꝝ cum vita oĩa extinguunt̃. Ait enĩ pſalmus. in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

In hoc terraꝝ orbe: nulla eſt mentis tranquillitas. Nam cogitatio: motusq́; animi nunq̃ quieſcit. Natura. n. cum corpora nobis infirma dediſſet: iiſq; & morbos inſanabiles, & dolores intolerabiles adiũxiſſet: animos quoq; dedit, & corpoꝝ doloribus cõgruentes: & ſepatim ſuis angoribus, & moleſtiis implicatos. Quis enim poteſt mortem, aut dolorẽ metuens: quoꝝ alterũ ſæpe adeſt: alterum ſemp impendet eſſe quietus, & placatus. Quod ſi idem, quod plærũq; fit, paupertatẽ, ignominiã, infamiã timet: ſi debilitatẽ, cæcitatẽ, ſi deniq;: quod nõ ſolum ſin

gulis hominibus:ſed etiam potentibus populis ſæpe cō tingit,ſeruitutē:pōt timens eſſe quiſq̄ beatus. Enim vero motus turbulenti,iactationeſq; animoꝝ incitatæ,& im/ petu incōſiderato elatæ rationē omnez repellentes vitæ beatæ nullam partē reliquunt. Vicioꝝ aūt noſtroꝝ oīs correctio a' ſapientia petenda eſt:oīum bonorū matre. Quis eſt, qui vim fortunæ:qui oīa humana,quæ cuiq; accidere poſſunt,cogitat,tolerabilez ducat.quidā vero: quod fortunæ cōceditur,arbitrant̄ attribuendū eſſe fa/ tis,ſyderūq; virtutibus:quæ ſtellæ globoſæ, & rotundæ diuinis animatæ mentibus(vt aiūt philoſophi)circulos ſuōs,orbeſq; pficiunt celeritate mirabili ab antiqua phi/ loſophia numeri,motuſq; tractabant̄,ſtudioſeq; a' phi/ loſophis ſyderū magnitudines,interualla,curſus,inqui/ rebant̄,& cuncta cœleſtia. Etenim vt innocens is dr̄ non qui nocet leuiter:ſed qui nihil noceat:ſic beatus haben/ dus eſt:q̄ vacat oībus pturbationibus, & miſeriis:inſtru ctus aūt & ornatus oībus virtutibus.humanus vero ani mus ſi eſt excultus,agitatus,& exercitatus:& ſi eius acies ita curata eſt:vt ne cæcetur erroribus.fit perfecta mens: qua nihil eſt in homine melius. Quocirca Deus & ſi re gna terrena tribuit bonis,& malis pro rerū ordine, & tē pore occulto nobis:notiſſimo ſibi:tamē rationalem, & intellectualem animā virtutibus præditā:participatione ſui luminis incōmutabilis,& incorporei beatam facit.

Philoſophi opinant̄ non eſſe mūdi finē,atq; oīum cōne/ xionem:ſerieq; cauſarū:qua fit omne:quod fit vt aiunt

fati nomine appellant. Quo circa in ſpera mundi ſm̃ illos nõ inuenitur aditus,& exitus:ideſt principium,& finis. eſt enim quædam cõtinuata motio, & perẽnis. qm̃ circum elemẽtarẽ regionẽ:ætherea regio lucida ab omni variatione:aliena exiſtens, ſua ĩmutabili eſſentia: motu continuo circulariter per gyrum incedit. Hæc quidem a philoſophis quinta nuncupatᷣ eſſentia. Itaq; cũ ad idẽ: vnde ſemel profecta ſunt:cuncta aſtra redierint:eandẽq; totius cœli deſcriptionẽ longis interuallis retulerint:tum ille vertens annus appellari põt. Nam octaua ſpera in centeſimo anno mouetur vno gradu. hoĩes vero populariter ſolis reditũ metiuntur:qui in tercentis ſexaginta quinq; diebus,& ferẽ ſex horis cõpletur. vnde ſm̃ acceſſum, & receſſum ſolis in circulo obliquo:fiunt generationes,& corruptiones infra lunã. Chriſtiana aũt doctrina veritatẽ docet:ideſt cœlũ,& terrã permanere eſſentialiter:ſed trãſire per renouationẽ pulchrioris formæ, qm̃ figura huius mũdi cõfragatione mundana p̃teribit. Nã qualitates elementoꝝ ardendo:penitus interibunt:atq; ipſa ſubſtantia mox alias habebit qualitates. De hoc diffinire tẽpus,nemo põt. nõ eſt enim noſtrũ ſcire. Ignoratᷣ nãq; q̃multa hominũ ſæcula in ſapientia Dei teneantur. Etenim vero ſicut intueri ſolem aduerſum nõ poſſumus eiuſq; radiis acies noſtra:ſenſuſq; vincitur:ſic cœleſtem ſedem,& æternã domum cõtueri nõ poſſumus. hoc aũt cõpertũ eſt:q eoꝝ animi:qui ſe corporis voluptatibus dediderunt,& iura diuina:humanaq; violauere corporibus elapſi circum terrã ipſam voluntentur (vt nõnulli

aiunt)nec locum cœleſtem:niſi multis exagitatis ſæculis purgati incolunt.peccaſſe equidē quoſdam angelos,& in huius mūdi ima detruſos:qui eis velut carcer eſt vſq; ad futurā:in die iudicii:vltimā damnationē:in ſacris literis reperit̄.Plato philoſophorum princeps arbitratus eſt humanas animas poſt mortē alia noua corpora ſumere,atq; ipſum Platonē:hoīum animas poſt mortē reuolui vſq; ad corpora beſtiarū ſcripſiſſe certiſſimū eſt.hanc enim ſententiā Plato doctor tenuit:hoc quidē conſtat in.x.libro ciuitatis Dei. Beatus Auguſtinus in quarto ſententiarū libro ita inquit. Tempus:quod inter hominis mortē,& vltimam reſurrectionē interpoſitū eſt:aīas hominū:abditis receptaculis,cōtinet:ſicut vna quæq; digna eſt gaudio:aut tormento pro eo,quod hac in vita mortali egit,ſed ſi cœleſtia cōtemplari velimus:oīa humana nō ſunt ꝑpetua,& ideo cōtemnenda.Nec in prœmiis humanis ſpes eſt ponēda,in quibus nō eſt perennis gloria.Quā celebritatē ſermonis hominū,aut quā expetendam gloriā conſequi pōt rex terrenus.obruitur enim hominū interitu,& obliuione poſteritatis extinguitur.

Quāti tandem æſtimanda eſt iſta mortalis gloria quæ pertinere vix ad vnius anni partē exiguam pōt. Signis enim oībus ad idem principiū,ſtelliſq; reuocatis:expletus annus habetur.ꝑfecto neq; ꝑpter eluuiones aquarum,quæ fuerunt:neq; propter exuſtiones terrarū:quas accidere tēpore certo neceſſe eſt:nō modo æterna:ſed ne diuturna quidē humana gloria eſſe pōt.Quæ memoria eſt de regnis:quæ ante diluuium fuerunt.facies equidē

terræ ſm ſacrum eloquiũ mutabit. Nã elemẽtorꝫ corru
ptibiliũ qualitates:q̃ corporibus noſtris corruptibili
bus cõgruebãt:igne cœleſti pibũt,atq; ipſa ſubſtãtia eas
tenebit qualitates,q̃ corpibus ĩmortalibus:mutabili mu
tatione cõueniũt. hoc aũt ignotũ fuit antiquis phis.

Diuitiæ honeſto lucro parte nobilitatẽ illuſtrant,atq; pa
tritii dignitatẽ cõſeruant:nec reipu. inutiles ſunt in ipſa
defendẽda,aut in eius impio amplificando. etenim fieri
qdẽ nõ põt:aut nõ facile fit:vt is res agat pclaras:cui opũ
facultas deeſt. multa nãq; p diuitias agunt illuſtria. quã
obrẽ neceſſe eſt in bello gerẽdo diuitias,opeſq; ẽẽ. expe
tunt quoq; diuitiæ ad vſus vitæ cum elegãtia, & copia.
Quocirca ſunt,q ſtudio rei familiaris tuẽdæ:aũt augẽ
dæ mercaturã agunt,q̃ ſummope eſt laudãda:ſi magna
ſit,& copioſa:multa vndiq; apportãs:multiſq; ſine vani
tate impartiens. qm̃ pculdubio ea vehemẽtiſſime pdeſt
dñii vectigalibus. Datq; etiã victũ,cultũq; corporis ĩnu
merabili hoĩum numero. Rebus vero,quarũ eſt aliqs
vſus,& bñ vti,& male etiã poſſumus. At quidẽ diuitiæ
res ſunt tales,qbus pfecto optime is vtitur,qui liberalis
eſt. Bene facta aũt male locata:male facta arbitror. Illibe
ralitas vero & auaritia eſt incurabilis,doctorꝫ opinione.
Iccirco ſenectus,& imbecillitas oĩs auaros effecit. Aua
rus quippe nunq̃ ſua facultate contentus ſemp appetit,
& ppter auiditatẽ pecuniæ nullũ quæſtum turpẽ putat.
propterea Deus in Luca increpat diuitem improbũ, &
auarũ:dicens. facilius eſt. n. Camelum per foramen acus

tranſire,q̃ diuitem intrare regnũ Dei. Quã ob rem mer/
catura ſatiata quæſtu: vel cõtenta potius ſæpe ex alto in
portũ: ex ipſo portu ſe in agros: poſſeſſioneſq; contulit.
vnde ea videt̃ iure opinio poſſe laudari. Enim vero li/
beralis actio nõ in tribuendo multũ tantũ, ſed in habitu
dantis conſiſtit. Pauper. n. liberalis eſſe põt: maxime qñ
pro facultate erogat. qa liberalitas eſt quædã mediocri
tas circa dandas pecunias. pecunias ea dicit Ariſtoteles
vniuerſa: quorũ æſtimatio menſurat̃ nũmo. Etenim ma
gis laudat̃ liberalis in dando: q̃ in accipiendo. qa ipſius
virtutis liberalitatis potius eſt bñficia cõferre: q̃ ſuſcipe/
re. Cum. n. duo genera liberalitatis ſint: vnũ dandi bñfi/
ciun: alterũ reddendi: demus nec ne in noſtra poteſtate
eſt. Non reddere bono viro nõ licet. Vident̃ aũt plæriq;
nõ tam natura liberales: q̃ quadã gloria ducti, vt bñfici
viderent̃ facere multa: quæ vident̃ magis ꝓficiſci ab oſtẽ
tatione, q̃ a liberalitate. pecunias enim ꝓfundunt in eas
res, quarũ memoriã aut breuem, aut nullã ſint relicturi
omnino: qui ꝓdigi vocant̃. videtur enim ꝓdigalitas eẽ
patrimonii diſſipatio. Iamq; in ꝓuerbii conſuetudineȝ
venit: largitionẽ fundum nõ habere. Ecirco viri ꝓbi in
honeſtis rebus vtunt̃ pecuniis. vnde foret maxima vtili/
tas rebus familiaribus, atq; publicis. Diuitiaꝝ igitur fru
ctus eſt circa eas res. opinor aũt in eo hoĩe verbũ diuitis
eſſe: cui tanta eſt poſſeſſio: vt ad liberaliter viuendũ faci/
le ſit cõtentus: qui nihil querat: nihil appetat: nihil optet
amplius. Quapropter animus oportet ſe iudicet diui/
tem: qui nihil ſibi deeſſe putat: nihil curat amplius.

Videtur improbum inſanire,& ſtultũ eſſe:qui non arbi/ tratˀ locũ eſſe pœnæ non ꝑpetuæ. Nam bona doctrina tenet:præter beatoꝝ ſedem,& locũ impioꝝ eſſe recepta/ culũ:vbi animus,qui corpore incluſus peccauerat:pœ/ nitens in morte purgetur corpore laxatus per tẽpus a Deo conſtitutũ.q̃q̃ enim nullũ malũ impunitũ ſit apud Deum:tñ diuina iuſtitia oĩa humana delicta non caſti/ gat eternaliter.ſed quædã punit tẽporaliter.qm̃ peccata non ſunt æqualia:quæ a mentibus nõ paribus ꝓficiſcũ/ tur.platonica opinio eſt:animã ad beatitudinẽ ꝑuenire non poſſe:niſi purgatã. Quis eſt enim ſine peccato:niſi ſolus Deus? Appetitus nãq; ſæpenumero rationi nõ pa/ ret.nec ad noſtrum arbitriũ mouentur:aut nõ mouentˀ pudenda.peccata equidẽ ex viciis manant:quæ prauita/ tes animi dicuntˀ.Ideo quicqd peccatur:perturbatione peccetur rationis:atq; ordinis. Quã ob rem hoc in ſæ/ culo nõ eſt ſerenitas mentis,& tranquillitas animi:ſim/ plicitaſq; cordis. Itaq; Socrates terrenis cupiditatibus animũ non vacantẽ putabat intelligere nõ poſſe primas cauſas rerũ,quas nõ niſi in vnius veri,ac ſummi Dei vo/ luntate eſſe credebat. Quapropter platonici ſenſerunt animã rationalẽ,vel intellectualẽ ſibi lumẽ eſſe nõ poſſe, ſed alterius veri luminis participatione lucere:quod eſt Deus,a quo facta ſunt oĩa:ſine quo nulla natura ſubſi/ ſtit:nulla doctrina inſtruit. Iccirco Socrates naturã in/ corporei,& incõmutabilis luminis nõ niſi mũdata mẽte poſſe cõprehendi credebat.Qui enim peccator eſt:eo lu mine eſt orbatus:atq; pœna dignus. Quæ vis eſt enim

quæ magis arceat homines ab improbitate omni, q̃ ſi ſen ſerint maximā in delictis eſſe pœnā: ab antiquis appella bantur ſapientes, qui quodāmodo laudabilis vitæ aliis præſtare videbant̃. maximus eſt igit̃ error impii: qui de mens, & inſanus vocari pōt: non credere eſſe purgatio nis locū: ex quo migrandū eſt in cœleſtē vitam tēpore a Deo determinato. qm̄ neceſſe eſt: ob iuſtitiā: pœnam reſpondere peccato: quod venia ſit dignū. Quid eſt mi ſericordia? niſi motus animi ita rationi ſeruiēs: vt iuſtitia conſeruet̃, ſiue cum indigenti, & inopi tribuit̃: ſiue cum ignoſcit̃ pœnitenti: quod eſt ꝓprium Dei: in quo non eſt ꝑturbatio: q ſua miſericordia aliena ab humana natu ra: animā ſaluā facit. ait Cicero miſericordiā eſſe ægritu dinē ex miſeria alterius iniuria laborātis, atq; eſſe libidinē nō moderatā lætitiā, quæ eſt voluptas aī elata, & geſtiēs.

Lex Veneta, quæ ꝓhibet manus tactum: ꝓpter fugiendā ambitionem patritioꝝ: inhoneſta eſt. Nam ꝓprium eſt animi bene cōſtituti, & lætari bonis rebus, & dolere con trariis. quia Paulus ad Romanos ſcribit: gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Quā ob rem ex lege Veneta extirpatā humanitatē eſſe arbitror. quoniā tan gere manus: cōgratulari ſunt ſigna, & notiones beniuo lentiæ familiaris: quæ eſt ſumme neceſſaria in vita: quia proculdubio rempu. amicitia cōtinet. Quo circa legū latores doctiſſimi ſummopere ſtudent: vt ait Ariſtote les. Nam concordiam maxime illi affectant: quæ quip pe ſeditionem: diſcordiamq; vehementiſſime expellit.

Mutuam nãq; congratulationẽ in honeſtis rebus:nõ latentẽ:ſed pateſactã per actũ exteriorẽ ſignũ eſſe beniuolentiæ:amicitiæq; eruditi dicũt. Taciturnitas.n.amicitias cõplures diſſoluit. Nihil eſt.n.potius amicorũ, q̃ gaudere ſimul:cũ honorant̃. Itaq; peſſimũ id eſt. qđ eſt cõtrarium optimo. Virtutis.n.& bñficentiæ prœmiũ honos eſt. Nos aũt:quæ ſunt in gentiũ vſu:vitaq; cõi,lege Veneta vetamus. Quod eſt aduerſus humanã naturam.oĩ enim in re cõſenſio oĩum gentiũ lex naturæ putãda eſt. Quis eſſet tantus fructus in pſperis rebus:niſi haberes: qui illis æque:ac tu ipſe:gauderet. Itaq; ſi exemeris ex natura rerũ,beniuolentiæ cõiunctionẽ:reſpu.ſtare nõ poterit. Quapropter q̃ta vis amicitiæ,cõcordiæq; ſit:ex diſſenſionibus,atq; ex diſcordiis percipi põt. Quã ob res grauiſſimũ,& ſanctiſſimũ nomen beniuolentiæ vtile eſt reipu.quoniã ex ea ſummus fructus accipit̃. Quæ enĩ domus tam ſtabilis:quæ tam firma reſpub.eſt:quæ non odiis:atq; diſſidiis funditus poſſit euerti? Ex quo q̃tum boni ſit in amicitia:iudicari põt. Nam a natura mihi videtur orta beniuolentia. Quid enim tam abſurdũ eſt, q̃ delectari multis inanibus rebus.homine autẽ,qui vel amare:vel(vt ita dicam)redamare poſſit:non admodum delectari. Nihil namq; eſt remuneratione beniuolentiæ: nihil viciſſitudine ſtudiorum: officiorũq; iucundius. Nihil enim turpius eſt,q̃ cum eo non cõgratulari:quocum familiariter vixeris. Natura ſolitarium nihil amat. Beniuolentia conciliat inimicitiam: oſtendens lumen ſuum: cum apertum pectus videatur amico ob actum

exteriorem.ex quo exardeſcit ſiue amor: ſiue amicitia. vtrūq; enim dictum eſt ab amando. Caritate igit̃ gratulationis: beniuolentiaq; ſublata: omnẽ eſſe e vita ſublatum iocunditatẽ puto. Et ſi Deus enim nouit oĩa: vocẽ tamẽ cõfeſſionis expectat: vt inquit beatus Ambroſius. propterea cur vituperemus: patritiũ cuꝫ vultu, & geſtu, & verbis, gratulando, declarare ſuam lætitiã amica cordis ſui inſcio. Itaq; curãdum eſt, vt eos, quibus cum gratulemur, & reuereri, & diligere videamur. ipſa ergo lex Venetã multũ ab humanitate, officioq; beniuolentiæ diſcrepat: q̃ ad ſocietatẽ humani generis ptinet. Itaq; ſoleꝫ eniꝫ e mũdo tollere vident̃: qui amicitiã e vita tollunt.

c 58

Cum ergo mecum cogitarẽ: quid ad te potiſſimũ ſcriberem: nihil melius: nihil dignius: nihil vtilius exiſtimaui eſſe, q̃ de repu. gubernãda breui pertractare: in qua plurimum verſaris. In primis ergo ſapientũ conſiliis, & rei militaris facultate rẽpu. non vacare vtile eſt. At quidem reſpu. regenda eſt ab eo: qui in oĩbus pene eſt eruditus. Bene enim iudicat, & cõſulit vir, quæ cognoſcit. Intelligentiæ iuſtitia cõiuncta multũ valet, cæterum nunq̃ bellum ſuſcipiendũ eſt ſine ſocietate: niſi neceſſitas poſtulat in defenſione. hoc enim nobis cõtigit aduerſus conſpirationem omniũ principum: quod Romanis nõ euenit illã ſententia a ſapientibus non laudatur: fortuna cum bona eſt. Amicis cur opus eſt: Danda equidẽ opera eſt: ne tributũ ſit conferendũ, niſi neceſſitati eſſet parendũ. oẽs enim, qui ſaluam eſſe rẽpu. velint: conſulere debent:

vt earum rerũ copia ſit:quæ ſunt neceſſariæ.omnino.n.
qui reipu. ꝓfuturi ſunt:teneant in primis:vt vtilitatẽ ci/
uium ſic tueant̃:ut quicq̃d aguntꝫad eam referant ob/
liti cõmodoꝝ ſuoꝝ:atq; totum corpus reipu.curent:ne
dum partẽ aliquã tuentur:reliquas deſerant. Magiſtra
tus ſine munere eſt petendus.male quippe ſe res habet:
cum quod virtute effici debet:id tentatur pecunia. Qui
enim verã gloriam cõcupiſcit:vera via virtutũ nititur.
Nulla nãq; capitalior eſt fraus,q̃ eoꝝ,qui tũ cum maxi/
me fallunt:id agunt:vt viri boni eſſe videant̃. Qui aũt
aliis nocet:vt in alios liberalis ſit:in iniuſtitia eſt:vt ſi in
ſuam:rem alienam conuertat.

c 57

Cum mecũ ſæpe ageres:vt de amicitia adoleſcẽtiæ ſcribe/
rem aliq̃d:aĩaduerti cauſaꝫ quidẽ amicitiæ eſſe adoleſcẽ
tulo voluptatẽ. Natura enim ꝓpenſiores ad voluptates
ſunt adoleſcẽtes:quibus ammirabilis quædã exardeſcit
beniuolentiæ magnitudo. Itaq; oĩs eius fructus in ipſa
voluptate ineſt. Quæ blandiſſima dña maiores ptes ani
mæ a virtute detorquet. Amor eniꝫ voluptatis ingeniũ
denobilitat flagitiis. corrupti mores: deprauatiq; ſunt
adoleſcentũ diuitum. At enim ægregia adoleſcẽtule for
ma vultu modeſto:ac venuſto:illico percutit animũ iu
uenis opulenti in amore.qui in ſe nec cõſilium:nec mo/
dum habet vllum. Venuſtate namq; mulieris impulſus
amator eaꝫ vehemẽter colit:cui animus eſt ſe prius per/
diturum vitã,& pecuniã omnem,q̃ a ſe amittat animũ.
Quã ob rem ſtolidus eſt adoleſcens ob amorem. Sum/

mus enim amor inhoneſtus: ſæpe ſumma ſtultitia eſt. hæc quippe ſunt vitia amantium: iniuriæ: ſuſpitiones: inimicitiæ: induciæ: bellum: pax rurſum. At quidem meretrices dum foris ſunt: videtur nihil mundius: nec magis quicquã cõpoſitum: nec magis elegans. Quæ quidem cum amatore ſuo cum cœnant: liguriunt. harum videre immũditiam: illuuiem: ſordes: inopiam: q̃ inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atq; auidæ cibi: quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent: noſſe omnia hæc ſalus eſt adoleſcentulis. Nam neq; familiaris cõſuetudo: neq; diuitiæ cõmouent impudicam fœminam: vt fidem ſeruet. minime igitur generoſus ortus eſt amicitiæ ex uoluptate inhoneſta. Nihilominus cognoſcendi, & ignoſcendi datur peccatis locus. Summi uero puerorũ amores cum ætate deponũtur. Si autem ad iuuentuté perduxiſſent: dirimi tamé interdum uel luxuriæ cõditione: uel cõmodi alicuius cõtentione: quod idem adipiſci uterq; nõ poſſet: haud ambiguũ eſt. Magna enim diſſidia, & pleraq; iniuſta naſci uidetur: cum aliqd ab amicis: quod rectum non eſſet: poſtularet: ut aut libidinis miniſtri: aut adiutores eſſent ad iniuriam faciendam. Quod qui recuſarent, quãuis id honeſte facerent: amicitia tamen deſeritur ab iis: quibus obſequi nollint. Nulla profecto eſt excuſatio peccati: ſi amici cauſa peccaueris. Nefas eſt enim aliquid uitii facere rogatum: & rogare inhoneſtum. Non ergo propter inhoneſtas uoluptates deſideranda eſt amicitia, ſed propter uirtutem, qua nihil eſt amabilius, nihil, quod magis alliciat ad diligendum.

Nam propter virtutem, & probitatem, eos etiam, quos nunq̃ vidimns: quodã modo diligamus. Itaq; amicitiã vera eſſe non pōt: niſi in bonis, in quibus ꝓbetur fides, integritas, & æqualitas. ſublata.n.virtute: amicitiæ nomē tollit̃. ipſa.n.virtus amicitiã gignit, & cõtinet. Nec ſine virtute amicitia bona eſſe vllo pacto pōt. Non eſt autē conſentaneũ, q inuictũ ab aliis viciis ꝑſtiterit: vinci a voluptate. oĩs.n.rō vacare debet libidine, & voluptate ĩhoneſta. ex quo lucebit oĩs cõſtantia, oĩſq; moderatio. Decoꝝ eſt enĩ corporis voluptatē non ſatis dignã hoĩs præſtantia cõtemni, & reiici. Qui igit̃ adipiſci verã temperantiæ gloriã volent, modeſtiæ fungãtur officiis. Adoleſcentia ergo a libidinibus arcenda eſt, exercendaq; in labore, patientiaq; & animi, & corporis, vt iuuenum, & in bellicis, & ciuilibus officiis vigeat induſtria.

Facturus ne ſim adoleſcentiæ gratũ: ſi de coniugio ſcribã: haud ſatis ſcio. Noſtra enim ætate: aurũ a nonnullis magnopere æſtimat̃: neglecta nuptiaꝝ virtute & honeſtate. Nihilominus mihi moleſtũ nõ eſt rogato exponere: q̃ in nuptiis maxime aĩaduertenda ſunt. Coniugium eſt a Deo inſtitutũ, & approbatũ. In primis ergo pudicitia eſt ſummopere expetenda. de virginis prudentia ex parentum ingenio cõprehendi pōt. Talis ſæpe eſt filia: qualis mater. Mulieris ætas eſt inueſtiganda, vt ex ea genus propaget̃. pulchritudo: qua oculi iucunde mouent̃: eſt corporis quædã apta figura membroꝝ cum quadã coloris ſuauitate. glorioſa honorate, & antiquæ familie no-

bilitas

bilitas,dignitaſq; magni æſtimanda eſt. Siquidẽ eius decus,& ornamentũ ſummope poſteris pdeſt,diuitiæ non ſunt repudiandæ:quæ nobilitatẽ pſapiæ cõſeruant:atq; ſunt finis familiaris rei gubernãdæ hac in re cõſilium ab iis petendũ eſt;qui appellant prudẽtes:quibus a natura ineſt quædã ingenii vis,& multa℞ re℞ vſus. Sentio igit ſi oĩa habere nõ poſſit iuuenis:priora,& digniora:quæ coniugio cõtigunt,eligenda eſſe. Generoſa quidẽ virtus animi minora certe reſpuit,& virtutẽ oĩbus anteponat.

De meo ſtudio erga ſalutẽ,& incolumitatẽ tua3 credo te cognoſcere. Quare te moneo vt intelligere velis Paulũ apoſtolũ,qui ait nos nõ eſſe ſufficiẽtes aliqd cogitare a nobis:quaſi ex nobis:ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Quã ob rem in noſtris actionibus rogandũ eſt auxiliũ a Deo,qui cœlos fecit:& oĩa,quæ habent eſſe. Iacobus apoſtolus in ſua epiſtola dicit,multũ enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Antiquis tẽporibus humana gentiũ fiducia in arte magica fuit:quæ fiebat per ſpiritũ malignum humani generis inimicũ:qui ſemp fallit,& decipit. Scientia enim præterito℞ tempo℞,ppter quã ſpiritus impius ſuperbus eſt:eſt falſa in iudicãdo futuro.qm̃ mutationes tẽpo℞,quæ ſunt in æternis:ac in cõmutabilibus dei legibus,quæ in eius ſapientia viuunt;nõ cognoſcunt demones. Nam Deus inquit:tẽpora,& momenta eſſe in patris poteſtate. Sed quicqd rationis ſpiritus iniquus poſſidet ad fallendũ,decipiendũq; hominẽ tanto acrius intẽdit,q̃to magis in eo nocẽdi cupiditas regnat.

F

pſalmus inquit,oẽs Dii gentium demonia:dñs aũt cœ/
los fecit. Beatus Auguſtinus in.v. libro ciuitatis Dei,
memoriæ ꝑdidit.Cum aſtrologi mirabiliter multa vera
rñdeant hoc fieri occulto inſtinctu ſpirituũ non bono/
rum,quorum cura eſt has falſas,& noxias opiniones de
aſtralibus fatis inſerere humanis mentibus,atq; firmare:
non horoſcopi notati,& inſpecti aliqua arte:quæ nulla
eſt. Apuleius platonicus diffinit,demones eẽ genere ani
malia animo paſſiua:mente rationalia:corpore aerea, tẽ
pore æterna.Nemini dubiũ eſt:creatis ſpiritibus:nõnul
los ſua volũtate peſſima eſſe in æterna miſeria ob diuinã
æquitatẽ.quia in veritate nõ ſteterunt.Quod ſic accipia
mus,q̄ in veritate fuerint:ſed non ꝑmanſerunt:quare in
fernũ ſecum portant.Nam apoſtolica ſnĩa eſt iuxta ver/
bum euangelicũ.Diligẽtibus Deum oĩa cooperãtur in
bonum.Doctiſſimi quidẽ viri aiunt:demones eſſe ſpiri/
tus malignos:mente rõnales:ac in nequitia ingenioſos,q
propter ſuperbiã diuinos honores in idolis vſurpant.
Quapropter oẽs Dii gentiũ demonia fuerunt,a quibus
antiqui accipiebant reſponſa. Vnde ars magica vitupe/
rata fuit a priſcis Romanis. Nam Cicero cõmemorat
ſuppliciũ ei conſtitutũ legibus eſſe:qui ea arte ſcelerata
vteretẽ:vt fructus alieni in alias terras transferant. Ma/
gnum eſt igitur vitium:q quidã nimis magnũ ſtudiũ,
multãq; operã de induſtria in artes inutiles conferant.
fortaſſis hoc,quod ſcribo:erit aliis odioſum,aliis virtu/
tem amantibus non.tamẽ ſimplicis veritatis amicos:mi/
nime eq; fallaces eſſe volumus.

i

Cum ſtatuiſſem aliqd ad te ſcribere,ꝑtor clariſſime,a b eo exordiui volui:qd tuo magiſtratui eſſet aptiſſimū,& auctoritati tuæ grauiſſimū.Munus ergo ꝑturæ eſt ſerua re leges: atq; iura deſcribere,& cauere ne aſſentatoribus aures patefacias:nec adulari ſinas,in quo falli facile eſt; tales.n.eſſe putamus:vt iure laudemur.oīs.n.& aīaduer ſio,& caſtigatio cōtumelia vacare debet.præterea cauen dum eſt:ne maior pœna,q̄ culpa ſit.Icc irco ꝓhibenda maxime ira in puniēdo eſt. Nunq̄.n.iratus:qui accedet ad pœnā:mediocritatē tenebit,q̄ eſt inter nimiū,& parū. Itaq; optandū eſt,vt hii,qui ꝓſunt reip.legū ſimiles ſint: quæ ad puniendū nō iracūdia:ſed æquitate ducunt.Ci/ uitates appellantur cœtus hoīum iure ſociati:ex quo le/ ges,moreſq; cōſtituti ſunt: tum iuris æqua deſcriptio. Quas res manſuetudo animoꝝ cōſecuta eſt.Itaq; imitā da eſt natura diuina:qua nec melius:nec maius cogitari poteſt.Iuſtus enim Deus nō tantum bonis: ſed malis quoq; benefacit.quia iuſtum eſt,Deum ſic eſſe bonū:vt & ignoſcendo ſit bonus. Nihil,quod crudele ſit:eſt iu/ ſtum.eſt enim humanæ naturæ:quā ſequi debemus:ma xime inimica crudelitas. Quid enim intereſt:vtrum ex homine ſe conuertat quis in belluā:an hominis figura immanitatē gerat belluæ; Nihil eſt enim laudabilius:ni hil magno,& ꝓclaro viro dignius placabilitate iure,atq; clementia. Itaq; in magiſtratu grauitatē:probitateſ,atq; iuſtitiam decet eſſe.Nullum enim tempus eſt:quod iu ſtitia vacare debet. Iuſtitia namq; eſt virtus conſerua/ trix humanæ ſocietatis. Iuſq; ſuum vnicuiq; confert.

Quã ob cauſam iuſtitia omni ratione colenda,& retinē
da eſt,quæ ꝓdeſt amplificationi honoris,& gloriæ.Quo
circa cõtemnuntur hii,qui nec ſibi,nec alteri ꝓſunt:qa
ſine iuſtitia clementiæ cõiuncta:nihil poteſt eſſe lauda/
bile,cõſcientia bene actæ vitæ:multorũq; beneficiorum
recordatio:præter amiciſſime iucundiſſima eſt.

Improba opinio eſt,nõ magnifacere ſenectutē,in qua eſt
prudētia,& exercitatio,& vſus multaꝝ reꝝ,quæ magni/
tudo reipu.gubernãdæ deſiderat.Satis.n.laudari digne
põt ſenex:qui ſapientiæ pareat omni tpe ætatis. Mode/
rati quippe:nec inhumani ſunt ſenes:in qbus artes:exer
citationeſq; virtutũ ſunt. Quã ob rem ab eis bene gu/
bernetur reſpu.cõſilio,ratione,ſententia, optimis rebus.
Nam ſi legere,& audire velimus externa:maximas reſp.
per adoleſcentulos labefactas,a ſenibus ſuſtētatas repe/
riemus. Quintus.n.maximus cũ plane grandis eſſet,
Annibalē iuueniliter exultantē patientia ſua molliebat,
de quo ꝓclare Ennius poeta ait. Vnus homo nobis cõ/
tando reſtituit rem.non ponebat.n.rumores ante ſalutē.
ergo poſtq̃:magiſq; viri nũc gloria claret.apud Roma
nos ſenectus maximo in honore erat.In Romano nãq;
collegio:vt quiſq; ætate antecedebat:ita ſentētiæ prima/
tum tenebat. Nam mens etenim rõ,& cõſilium in ſeni/
bus eſt. Quã ob rem ſenectus non eſt vituperanda:ſed
ſummopere laudanda.Nam ea refrenet libidines:iracũ/
diã teneat:diuitias cõtemnat,& cæteras animi labes repel
lat. Quæ virtus neceſſaria eſt ad bene regendã rempu.

Nihil enim tam deteſtabile eſt:tãq; peſtiferũ maxime in cõſulenda repu.q̃ pecuniæ cupiditas. Cum.n.diuitiarũ auiditas maior eſſet,atq; longior:oẽm animi lumẽ extinguit. Quã ob cãm ſenatorẽ decet in memoria hr̃e ſnĩam Curii,qui ad focũ ſedẽti magnũ auri põdus ſamnites:cũ attuliſſent:repudiati ab ea ſunt.non.n.aurũ habere p̃clarum ſibi videri dixit:ſed eis,q̃ haberent aurũ:imperare.

c 69

Cum ſæpius cogitem,ſe duloq; conſiderẽ dñi altitudinẽ diuinitatis:maximã exiſtimo eius excellentiã eſſe. Nam dñs ſm humanã naturã habuit ſine patre matrẽ virginẽ ſine dolore parientẽ.etenim ſtella creata itineris dux fuit regibus ad eum veniẽtibus adorandũ:in aere pendẽtis:q̃ virtute vtens:quod non eſt officiũ aſtrorum: apparebat: vbi oportebat:ducens magos ad regẽ cœlorum:in quo latebat diuinitas. Verbũ caro factũ eſt magi appellabant philoſophi aſtronomiæ periti,quæ ſciẽtia per ea ſæcula in regibus chaldeorum florebat. Nã chaldei ſtellã pro deo colebant.pietas ſane eſt:per quã Deo officiũ,& diligens tribuit cultus. In oẽm aũt terrã exiuit aduentus domini ineffabilis:incõprehenſibiliſq;:q deſcendit de cœlis propter humanæ naturæ ſalutẽ:cuius gloriã cœli enarrant.

c 65

Inueſtigare de animæ figura haud ſapis,quia forma eius non definit̃:nec pictura declarat̃.qm̃ mens digito monſtrari non põt. Anima enim creata eſt a Deo ad imaginem eius ſm memoriã,intelligentiam, & dilectionẽ,quæ ſunt in animo:cui nihil tam eſt inimicum,q̃ voluptas:in

cuius regno virtus cóſiſtere non pót. Non enim libidi/ ne dominante:tẽperantiæ locus eſt omnino. Quá ob rẽ vitium magnũ eſt:nimis ſtudiũ:operamq; in voluptati bus conferre. quoniã nihil homini Deus mente præſta/ bilius dedit. Animus enim cõtemplat cœleſtia, & terre/ ſtria:atq; inueſtigat:quo modo ſtellæ quippe globoſæ, & rotundæ circulos ſuos, orbeſq; pficiunt celeritate mi/ rabili. attamen qualis ſit illa lux tribus diebus prioribus ante ſolem factũ:remotũ eſt a' ſenſibus noſtris:nec ita(vt eſt)intelligi a' nobis põt. Enim vero fragile corpus ani/ mus ſempiternus mouet. Sed quo ſis alacrior ad tutan/ dam fidem:ſic habeto:omnibus qui in fide conſtantiam conſeruauerit:certum eſſe in cœlum definitum locũ:vbi beati æuo ſempiterno fruantur.

Amicitia nihil eſt aliud, niſi oĩum diuinarũ, humanarũq; rez cũ beniuolentia & caritate ſumma cõſenſio:ſine qua profecto. nec domus vlla:nec vrbs ſtare poterit. Cœtus enim hoĩum iure ſociatus, ciuitas appellat:quæ concor/ dia regit. Amor quidẽ ex quo amicitia eſt noĩata:prin/ ceps eſt ad beniuolentiá coniugendã. in qua nihil fictuz: nihil ſimulatũ, & quicqd eſt:idem verũ, & voluntariuz. In caritate nãq; lumen pbitatis, & virtutis eſt:nec eſt ma litia:nec dolus:nec ſimulatio. Firmamentũ enim amici/ tiæ eſt veritas, ſine qua nomen amicitiæ valere nõ poteſt. ſed oĩum ſocietatũ nulla præſtãtior eſt:nulla firmior:q̃ cum viri boni moribus optimis ſimiles ſint familiaritate cõiuncti. Quare pculdubio amicitia ex virtutibus orta

eſt.ſine enim virtute amicitia eſſe non pōt.qua nihil præ ſtabilius eſſe puteť.Quid enim tam abſurdū,q̄ delectari multis inanibus rebus:aio aūt virtute p̄dito eo:qui vel amare,vel(vt ita dicā)redamare poſſit:nō admodū dele ctari?Sublata.n.amicitia:oīs eſt ē vita ſublata iucūditas.

